

El *Duodenarium* (c. 1442) de Alfonso de Cartagena

Cultura castellana y letras latinas en un proyecto inconcluso

---

Estudio, edición y traducción
Luis Fernández Gallardo
y Teresa Jiménez Calvente

DVODENARIVM

[fol. 1 r°a] Incipit libellus qui vocatur *Duodenarium*, quia continet responsionem ad duodecim questiones, et dirigitur nobili viro domino Fernando Petri de Guzman, qui illas proposuit.

PROLOGVS IN DVODENARIO

Capitulum primum

Cogis me, nobilis vir, ut te dictim meliorem putem et de hiis, que studiosos animos et sciendi cupidos oblectare solent, curiositate honesta peruigilem, cum questiunculis tuis me, licet huiuscemodi rerum ignarum ac fere penitus nescientem, benigna manu[1] interpellas. Quid enim aliud ut existimem compellis, nisi quod quanta sit pectori tuo latitudo ex hoc inter cetera colligam? Quod cum te sub curialium tumultuum fragoribus laborantem talis ymaginacio mouit, ut me illis interpellares questionibus, que nec pecuniam pariunt nec ad rem familiarem conferre videntur, illud ut cogitem vis: quid facturus esses, si sub quieto occio tranquillos domi dies pertranssires?

Conssueuerunt namque curie principum inquietos animos agere et sui oblitos ac extra se quodammodo positos oculis et auribus rebus alienis et fabulis occupare. Quod si hoc comune

[1] manu *add. in marg. O*

EL DUODENARIO

Comienza el libro que se llama *Duodenario* porque contiene la respuesta a doce preguntas. Se dirige al noble señor Fernando de Guzmán, que fue quien las planteó.

PRÓLOGO AL *DUODENARIO*

Capítulo primero

Me obligas, noble caballero, a tenerte en mejor consideración de día en día y a pasar las noches en vela con honesta curiosidad en torno a materias con las que suelen solazarse los espíritus amantes del estudio y deseosos de saber, cuando con tu benigna mano me interpelas con tus preguntas a pesar de que soy un ignorante y casi un completo desconocedor de esos asuntos. Con ello, ¿en qué me obligas a pensar, entre otras cosas, sino en la enorme amplitud de tu pecho? Pues, cuando tal capacidad imaginativa te mueve a ti, que te afanas en los tumultuosos fragores cortesanos, a interpelarme con preguntas que no producen dinero alguno ni parecen útiles a tu patrimonio familiar, ¿quieres que me plantee qué podrías hacer si, en medio de un reposado ocio, pasaras unos tranquilos días en tu casa?

Está claro que las cortes de los príncipes suelen agitar los ánimos inquietos y ocuparlos con ojos y oídos, olvidados de sí mismos y, en cierto sentido, puestos fuera de sí, en asuntos ajenos

omnibus regiis curiis et earum cohortibus est, nostre tamen curie semper precipuum fuit, que omnium curiarum, ut puto[2], occupatissima est et quodam gencium concurssu negociorumque varietate occupandi ordinem non faciliter recipit; set nunc celeritatem, nunc tepiditatem subitaneo motu permis —[fol. 1 r°b]— cens cor adquiescere actibus studiosis non sinit.

Corda enim subsistere in hiis humanitatis studiis que precipuam libertatem animi petunt sub tumultuantibus negociis et subite uariacionis metu libere nequeunt. Nec solum hoc inferioribus aut comunibus ingeniis accidit, quin ecciam illis qui in uirtute profundam radicem fixerunt. Cum enim uenit in mentem illud Yspanie iubar Ysydorum, ut de se ipse in epistola quadam testatur, literas Braulionis, Cesaraugustensis episcopi, eloquentissimi ac facundissimi viri, qui librum *Etymologiarum* instantissime ac humiliter exposcebat, non legisse, quia uocatus a rege ad palacium velociter ibat interimque illo negociis regiis occupato camerarium suum mala custodia literas perdidisse, ut illas videre ac illis non uisis respondere non potuisset, quandam in me consolacionem recipio, si nos, quos ebetudo ingenii tenet et claritas vite non subleuat, curialium rerum perturbacione ab optatis studiis plerumque distrahimur. Nam si tante sanctimonie vir, tanti presulis de re tam dulci literis interpellatus, commocione curiale permotus subsistere non potuit, quid facient illi quibus nec tanta uirtus nec similis sanctimonia est? At si in illo seculo tanta celeritas nostre curie erat, profecto (nisi ego desipio) hiis diebus non minor rerum conglutinacio est cum aliis turbacionibus pacifico fine sedatis, alie continuo succrescant.

Vidisti siquidem, et ego, quem parum etate precedis, non semel set crebro, sub illo breui temporum cursu, que ab anno vigessimo post quadringentos et mille usque ad quadragesimum primum, qui nudius tertius preteriit, fluxerunt, vidisse memini tam difficiles intricaciones ac res quasi ad quoddam exitium tendentes vt nil ali-[fol. 1 v°a]-ud boni viri desiderarent nisi ut aliquo paccato calle quiescerent et, cum benigno tractatu quietum exitum assumere vi-

[2] ut puto *add. in marg. O*

o en habladurías. Y si esto es común en todas las cortes regias y en sus séquitos, ha sido especialmente notable en la nuestra, que, en mi opinión, es la más ajetreada de todas y no ha recibido fácilmente un ordenamiento para esas ocupaciones dada la concurrencia de gentes y la variedad de actividades; pero además, al mezclar en sus repentinos traslados ora la celeridad, ora la calma, no deja descanso al corazón para los estudios.

En realidad, los corazones no pueden detenerse libremente en estos estudios de humanidades[1], que requieren una extrema libertad de espíritu, en medio de tumultuosos negocios y con el temor a súbitos cambios. Y esto no sólo les sucede a los talentos inferiores o comunes, sino que también a aquellos con una virtud profundamente arraigada. Cuando me viene a la mente Isidoro, luz de España, cuando él mismo en una epístola suya dice de sí que no había leído una carta de Braulio, obispo de Zaragoza, varón elocuentísimo y facundísimo, que le pedía con humildad e insistencia su libro de las *Etimologías*, porque llamado por el rey había ido a toda prisa a palacio y, mientras estaba ocupado en los asuntos reales, su ayudante de cámara había perdido la carta en un descuido, por lo que no había podido verla ni responder a lo que no había visto[2], encuentro cierto consuelo para mí, si yo, a quien detiene un ánimo torpe y la claridad de vida no ayuda, con la perturbación de los asuntos cortesanos me aparto con mucha frecuencia de los deseados estudios. Pues si un hombre tan santo, requerido para un asunto tan dulce por medio de la carta de tan importante prelado, agitado por el trajín de la corte no pudo reparar en ello, ¿qué harán aquellos que no tienen ni tanta virtud ni son tan santos? Mas si en aquellos siglos la celeridad de nuestra corte era tan grande, realmente (a no ser que yo no tenga ni idea) en estos tiempos no es menor la acumulación de asuntos cuando, acalladas unas turbaciones con un final pacífico, crecen otras de continuo.

Sin duda has visto —también recuerdo haberlo visto yo (y me aventajas algo en edad)[3]—, no una vez sino muchas, en el breve lapso de tiempo transcurrido desde el año 1420 hasta 1441 —casi parece que fue ayer—, situaciones casi rayanas con la ruina e intrigas tan enrevesadas, que los hombres de bien no deseaban

debantur, paucis interiectis diebus alias eque difficiles ac interdum dificiliores comociones insurgere.

Capitulum secundum

Et ne antiquiora tangamus, ex illa quam nosti apud Maioritum expulsione magnatum paulatim crescentibus rebus ad illum conflictum quem Metine pridie conspexisti deuenimus, ut quodammodo altercaciones crescere uiderentur, ueluti arbores quedam que ex tenerrima viriditate, quasi erbe molles incipientes ad robustam et nodosam excelsamque formam deueniunt.

Primo namque mollissime contenciones erant, cum secretis tractatibus et honore extrinsseco suisque rebus unicuique seruatis alii aliis in fauore curiali dumtaxat nocebant. Deinde ad maiores actus procedentibus odiis, gentes vndique aliquando congregate extiterunt. Non tamen adeo bellica congregacio erat ut in personis cedes aut in bonis depredaciones actusue alii hostiles fierent, set uti per quandam cominacionem alter alteri timorem incutere uolens negocia sua felicius coadunatis gentibus expedire studebat. Demum hiis non contenti, cum vnusquisque non timore alterius moueri, set quid facere posset experiri uellet, ex potencia ad actum descendimus et dispersis exercitibus per diuersas regnorum prouincias, nonnulle inuasiones tam opidorum quam aliarum inmobilium et mobilium rerum ac preliola nonnulla cedesque alique hostiliter processerunt.

Post uero congregatis exercituum cuneis qui ex utroque latere vagabantur, Metine et propre Metynam ymaginem quandam belli Troiani cons-[fol. 1 v°b]-peximus, et exeuntibus ex vrbe ad illa preludia bellica que «scaramuças» uocamus et a castris propinquis aliis militibus properantibus sepe extenssis signis, interdum in astam collectis, illa utique uetusta prelia in memoriam ueniebant, que Omerus et alii scriptores ex Troiano bello sermone eloquentissimo retulerunt, et Hectorem, Troylum, Diomedem, Achillem aliosque illius antiquissimi seculi duces videre ad

otra cosa sino descansar tras haber apaciguado alguna calle, y que, cuando con algún tratado favorable parecían tomar una salida pacífica, a los pocos días surgían otras sacudidas igualmente difíciles e incluso, de vez en cuando, mucho más difíciles aún.

Capítulo segundo

Pero para no tocar cosas tan antiguas, desde aquella expulsión en Madrid[4] que conoces, tras crecer paulatinamente las tensiones entre los próceres, llegamos a aquel conflicto que presenciaste hace nada en Medina, de modo que los altercados parecían crecer en cierto sentido como algunos árboles que, a partir de tiernísimos brotes, casi unas suaves briznas de hierba, adquieren un aspecto robusto, excelso y nudoso.

Pues, al principio, las disputas eran suavísimas cuando, con pactos secretos, conservando cada uno su honor de cara a los demás y sus propios bienes, los unos se limitaban a perjudicar a los otros en el favor cortesano. Después, los odios avanzaron hasta atrevimientos mayores, y, en ocasiones, se formaron partidas armadas por todos lados; con todo, no se trataba de grupos tan belicosos como para que se produjeran acciones violentas contra otras personas, saqueos de bienes u otros actos hostiles, sino que cada uno con el deseo de infundir temor al otro por medio de amenazas se aprestaba a resolver sus asuntos del modo más favorable con esas partidas que había reunido. Al final, no contentos con esto, como cada cual quería moverse no por miedo al otro, sino más bien experimentar hasta dónde podía llegar, pasamos de la potencia al acto y, con aquellos ejércitos dispersos, por diferentes provincias del reino se produjeron invasiones hostiles tanto de poblaciones como de otros bienes muebles e inmuebles, e incluso algunos pequeños combates y matanzas.

Después, una vez reagrupados los escuadrones de aquellos ejércitos que vagaban por uno y otro lado, en Medina y cerca de Medina contemplamos la viva imagen de la guerra de Troya[5]. Cuando unos soldados salían de la ciudad para aquellos preludios bélicos que llamamos «escaramuzas» y otros avanzaban desde los

mutuos conflictus procedere quodammodo uideremur. Set inter hoc et illud illa inter ceteras premaxima diuersitas erat, quod ibi supremi contendebant et de ciuitatis exicio questio vertebatur, hic supremo principi uterque exercitus summam ac regiam superioritatem apertissime cognoscebat. Set aliis ex causis quas sepe audisti erant exorte contenciones grauissime, ut ne dicam oculis conspexisse, set nec audisse aut legisse, sum memor quod in tanta conturbatione conflictus tanta reuerencia principi seruaretur, in ipsa namque ultima pressura furoris et vbi maior concurssus armorum fuit, exercitibus iam intra muros permixtis ac in diuersis urbis locis acriter preliantibus, ibi inuiolabiliter fides regie persone ac suis regiis signis extitit obseruata; in eorum namque conspectu omnia signa legionum earumque duces humiliter curuabantur, nobis omnibus prope illa incedentibus sub intacta securitate dimissis.

Capitulum tercium

Quid vis ut dicam? Si ex uno latere intueri vis, nil dolorosius iudico; si ex alio summis, profecto gaudium aliquale recipies. Si enim consideras nobilitatem Hispanie eiusque famosissimos duces mutuis cedibus occupatos, Arabes quos infestare solebant,[fol. 2 r°a] in pace dimittere et hostibus nostris, ymo tocius Christiani nominis, fines nostros occupantibus, nos quibus expulsionis eorum tum propter exaltacionem fidei tum propter patrie nostre, quam violenter tenent, recuperacionem cura precipua imminet, quam vtique maiores nostri temporibus suis et eciam nos ex tota mente pridie prosequebamur, hoc postergato quod cordi esse deberet, sanguinem amicorum et consanguineorum furibundo corde sitire, nonne acerrime perdolebis et non ab re transseuntes per viam uocabis ut *testimonium veritati perhibeant*[1] an sit dolor similis dolori nostro?

1 testimonium...perhibeant] Ioh. 18, 37.

campamentos vecinos, a menudo con las enseñas desplegadas, otras veces recogidas sobre su asta, venían a la memoria aquellos viejos combates de la guerra troyana narrados con elocuentísimo estilo por Homero y otros escritores. Incluso podía parecer que, de algún modo, estábamos viendo a Héctor, Troilo, Diomedes, Aquiles y otros caudillos de aquellos remotísimos tiempos disponerse para sus mutuos combates. Pero entre esta y aquella guerra existía una diferencia absoluta por encima de las demás, pues allí luchaban unos jefes supremos y la cuestión versaba sobre la destrucción de la ciudad: aquí, uno y otro ejército reconocían clarísimamente la superioridad regia de un príncipe supremo. Con todo, por otros motivos, que a menudo oíste, nacieron disputas gravísimas: para no decir que lo he visto con los ojos, ni que lo he oído o leído, recuerdo que, en medio de la más completa turbación del combate, se mantenía un respeto absoluto hacia el príncipe, pues incluso en el último arrebato de locura, cuando el choque de armas era mayor, cuando los ejércitos se habían enzarzado ya dentro de las murallas y luchaban duramente en distintos puntos de la ciudad, allí se observó una lealtad inviolable a la persona del rey y a sus enseñas; así, a la vista de éstas, todas las enseñas de las legiones y sus propios jefes se inclinaban con humildad al tiempo que se respetaba la integridad de todos nosotros, que avanzábamos junto a dichos estandartes[6].

Capítulo tercero

¿Qué quieres que te diga? Si deseas mirarlo por un lado, nada juzgo más doloroso; si lo tomas por el otro lado, recibirás una cierta alegría. Pues si consideras que la nobleza de España y sus reputadísimos jefes, enredados en matanzas mutuas, dejan en paz a los árabes, a los que solían acosar, y que, a pesar de ocupar nuestros enemigos —más bien enemigos de toda la cristiandad— nuestras fronteras, nosotros, a quienes apremia la cuita de expulsarlos tanto en aras de exaltar nuestra fe como para recuperar nuestra patria (que éstos retienen violentamente y a la que nuestros mayores, en su tiempo, e incluso nosotros, hace nada, honrá-

Set ex alio latere consideracionem si vertis, num precordia tua aliquo gaudio recreabuntur, cum in tanta rabie belli ciuilis et in ipso armorum strepitu et equitatum concursu, vbi corda in furorem incendi solent et corporales occuli obtusius videre, reuerenciam cernes intactam seruari?

Aurum in igne probatur[2] omnesque rerum uirtutes tanto puriores monstrantur quanto dificiliora et rariora honesto moderamine peragunt. Rarum siquidem ac dificile fuisse quis dubitat exercitibus ad inuicem reuolutis in ipso furoris tumultu, ac si in pace et quiete extitissent, omnes vnanimiter trono regio capita subiugare? Quod quanto rarius tanto mirabilius est. Vellem tamen ne sepe similia temptarentur, nam licet difficilia, cum res petit, magno animo sint tolleranda, non tamen absque grauis neccessitatis impulsu ultro et sponte temptanda. Set nec illud leticia uacat quod, in grande discrimen multorum tendentibus rebus, manssueto tamen calle vltra quam verissimiliter sperari poterat, diuina concedente clemencia quie-[fol. 2 r°b]-tus terminus datus fuit. Hac itaque sumpta consideracione grandem dolorem aliquali gaudio temperabis.

Capitulum quartum

Qvid hec hucusque repecii cum recentia et sub oculis sint, nisi ut ad mentem tuam aducerem hanc curiam nostram a uetustis seculis prescripssisse et usque in dies nostros illam semper quasi possessionem retinuisse ut sit angoribus et subitis mutacionibus copiosa studiorumque huiuscemodi turbatiua? Recollige enim

2 Aurum...probatur] Cf. Prou. 17, 3: sicut igne probatur argentum et aurum, camino ita corda probat Dominus.

bamos), alejada dicha preocupación que debería haber anidado en nuestro corazón, estamos sedientos en nuestro loco corazón de la sangre de nuestros amigos y consanguíneos, ¿no sentirás un agudísimo dolor y, no sin razón, llamarás a los que pasan por la calle para que *den testimonio de verdad* sobre si existe un dolor semejante al nuestro?

Pero si lo consideras desde el otro lado, ¿acaso no se reconfortarán tus entrañas con una cierta alegría cuando en medio de la rabia extrema de una guerra civil, en el mismo fragor de las armas y en medio de la concurrencia de jinetes, donde los corazones suelen encenderse en furor y los ojos ver con menos nitidez, observas que el respeto se mantiene intacto?

El oro se prueba en el fuego y todas las virtudes se muestran tanto más puras cuanto más difíciles y excepcionales son las acciones que realizan con honesto gobierno. ¿Quién duda de que fue excepcional y difícil que, revueltos los ejércitos por ambas partes, en la misma confusión de aquella furia, todos a una bajasen sus cabezas ante el trono regio como si hubiesen estado en paz y sosiego? Esto es algo tan raro como admirable. Con todo, preferiría que no se acometiesen con frecuencia acciones semejantes, pues, aunque las dificultades hay que sobrellevarlas con buen ánimo cuando la situación lo requiere, no por ello hay que buscarlas por propia iniciativa o de manera voluntaria una vez desaparecido el arrebato propio de una necesidad acuciante. Mas no deja de provocar alegría el que, cuando las cosas parecían apuntar a una situación crítica para muchos, sosegada la calle más allá de lo que podía esperarse, por concesión de la divina clemencia se ofreció un final tranquilo. De ese modo, hechas estas consideraciones, mitigarás ese gran dolor con un cierto gozo.

Capítulo cuarto

¿Para qué he evocado estas cosas hasta aquí, cuando son recientes y están a la vista, sino para hacerte reparar en que nuestra corte desde tiempos remotos ha establecido y ha mantenido siempre hasta nuestros días, casi como una posesión suya, el ser rica

ab illa Maioriti expulsione quam tetigi usque ad hanc Metine turbationem externam media que processerunt et videbis vnum ex alio succrescere et semper ad duriora ire. Quod si per singula discurreris et militares congregaciones apud Iugum Selarum [*sic*], Olmetum, Abulam et Montem Albanum, Areualum necnon Palenciolam ac, nonnullis dissensionibus cum finitimis regionibus interiectis, apud Vallem Oleti considerabis, profecto conspicies quasi quandam erbam teneram incepisse discordiam et ad ligneum et robustum palme cacumen paulatim de gradu in gradum creuisse.

Non ergo ab re ad studiosas questiones te auidissimum reputo, cum intra tantorum fluctuum procellam inclusum[3], ad harum delectabilium questionum inquisitionem inclinatum esse cognosco. Set cum illud adieceris ut me sub ocio quiescentem putares, non iniuria subridere cepi, cum pressus diuersarum rerum curis studiosi ocii non habeo dulcedinem, set opto. Nam cum publica commixta priuatis non paruam portionem continui michi laboris atribuant, parum nempe vacui temporis restat, et illud ex precedentibus occupacionibus fessum et quasi euadens a prioribus exercitiis, in quo de hiis extraordinariis studiis animum im-[fol, 2 v° a]-plicare queam. Set illud nunc et interdum aliis temporibus feci ut huc inde concurrentibus rebus inter hec et illa horam aliquam sumam, quinymo rapiam, sub qua per grata studia vager, quod hic ad impulsum tuum gaudens sum sequtus, et duodecim questiunculas tuas, quantum intellectus mei obscuritas ualuit, celeri pede transsiui.

Audi ergo libellum duodecim questionum tuarum, quem, si vis, *Duodenarium* appella, non illa subtilitate ac celsitudine conscriptum, qua Augustinus librum qui *Octoginta et trium questionum* uocatur composuit, set densso intellectu et sub ebeti stilo, quibus ualemus, compositum. Quicquid autem ibi minus bene conscriptum repereris non miraberis si scribentis ruditatem ac inpericiam mixtam aliis curis considerabis, nam si vnum quodque horum ad insufficienter scribendum suficiens est, nonne utrumque

[3] inclusum *corr.*: inclusus *O*

en angustias y cambios súbitos y el ser turbadora para este tipo de aficiones? Repasa, pues, las cosas que han transcurrido desde aquella expulsión de Madrid, a la que me he referido, hasta esta revuelta a las afueras de Medina y verás que una cosa proviene de la otra y siempre marcha a peor; y si analizas estos conflictos uno a uno y reconsideras los agrupamientos de tropas en la cresta de Selas[7], en Olmedo, Ávila y Montalbán, Arévalo, así como en Palenzuela e, interpuestas algunas disensiones con las regiones vecinas, en Valladolid, observarás que la discordia empezó casi como una hierba tierna y que creció poco a poco, paso a paso, hasta lograr el porte leñoso y la robusta copa de una palmera.

Por ese motivo, no sin razón te considero el más ávido de cuestiones eruditas, cuando, atrapado en una tormenta de enorme oleaje, sé que te sientes inclinado a indagar sobre estas deleitables cuestiones. Pero, cuando añadiste aquello de que me creías descansando en mi ocio, esbocé con toda razón una sonrisa, pues oprimido por mis muchas ocupaciones no poseo la dulzura del ocio que se dedica al estudio, aunque lo deseo. Dado que los asuntos públicos mezclados con los privados me exigen un trabajo continuo, la realidad es que me queda poco tiempo libre en el que poder aplicar mi espíritu a esos extraordinarios estudios, y el que me queda está agotado por las ocupaciones precedentes y es como si se zafara de actividades prioritarias. Pero ahora, y de vez en cuando en otros tiempos, he logrado, mientras los asuntos transcurrían aquí y allí, tomar (mejor aún, robar), entre una cosa y otra, alguna hora en la que poder perderme por estos gratos estudios, una práctica que he seguido aquí con placer gracias a tu acicate, y he respondido con rapidez a tus doce preguntas en la medida en que me lo ha permitido la oscuridad de mi intelecto.

Escucha, pues, el libro de tus doce preguntas y llámalo, si quieres, *Duodenario*, escrito no con aquella sutileza y excelencia con la que San Agustín compuso el libro que se llama *Ochenta y tres preguntas*[8], sino compuesto con mi pesado entendimiento y embotado estilo, en los que ando sobrado. No te causará sorpresa cualquier cosa que aquí encuentres escrita con menos corrección si tienes en cuenta la rudeza del que escribe y su inexperiencia

coniunctum suficiencius erit? Set suficiencia tua, ut reor, suficiet quod hic insuficiens et minus bene exaratum perlegeris suficientie sarculo emendare. Ego enim prudencie tue et cuiuscumque melius intelligentis emendandi curam humili corde relinquens, de diuini auxilii fauore ac pietate confisus, calamum ad ulteriora transmitto.

mezclada con otras preocupaciones, pues si cada uno de estos ingredientes basta para una escritura insuficiente, ¿las dos juntas no serán una justificación más que suficiente? Pero tu suficiencia bastará, según creo, para enmendar con el azadón de dicha suficiencia lo que aquí leas insuficiente y escasamente desbrozado. Pues yo, que con humilde corazón confío a tu prudencia y a la de cualquiera más inteligente el cuidado de enmendar, confiado en la piedad y en el favor del auxilio divino, dejo que mi cálamo avance hacia ulteriores asuntos.

QVARTA QVESTIO

Quis mirabilior, laudabilior ac melior reputari debet, optimus vir an optima mulier?

Responssio

Hanc questionem que quarta in ordine est cum legissem, quasi quendam michi laqueum te inicere uoluisse putaui, cum ex vtroque latere exitus dificilis est. Si enim optime mulieri ultra optimum virum gloriam tribuero, perfectis et eroycis viris honorem debitum diminuisse putabor; si uero optimum virum optime mulieri pretulero, odio me matronarum obicies[134]. Quo quid periculosius, quid acerbius est? Vehementissime namque ecciam honeste [fol. 32 r°b] mulieres abhorrent sicut et amant, nam cum simpliciores a natura et ingenii delicatioris sint, honestum aut inhonestum conceptum feruencius interdum quam expediat sequntur, nec facile excusacionis causas recipiunt. Set ex isto laberinto sub quo me includere uoluisti per illam, ut puto, portam liber exibo, si ea que vera sunt, ut se calamo obtulerint, edixero.

Determinacionem ac eleccionem ex illis elicere intactam ac integram tibi aliiue cuicumque lectori dimittam, nec enim diffinitoris, set ut cuiusdam relatoris in hoc officium summo. Illud tamen ante cetera preponendum reor, quod vtrique sexui honorificum ac salutiferum et pervtile est, vtrumque a Deo omnipotente et summe munifico summi boni et gracie diuine capacem esse creatum. Quid ergo alter sexus alteri improperare potest, cum uterque ad summo bono fruendum capacissimus est? Set ne vltra quam decet sermonem hunc extendamus, hanc consideracionem ante mentis

[134] ~~me~~ obicies (*cum del. sign.*) *O*

CUARTA CUESTIÓN

¿Quién debe ser considerado más admirable, más loable y mejor: un hombre óptimo o una mujer óptima?

Respuesta

Cuando leí esta pregunta, que es la cuarta, pensé que deseabas tenderme una trampa, pues es difícil la salida por ambos lados. Pues si concedo la gloria a una mujer óptima por encima de un varón óptimo, se creerá que aminoro el honor debido a los hombres perfectos y heroicos; mas si antepusiera un hombre óptimo a una mujer óptima, me dejarías expuesto al odio de las mujeres. ¿Y qué hay más peligroso que éste? ¿Qué más terrible? En verdad, incluso las mujeres honestas odian y aman de modo muy vehemente, pues, como son más simples por naturaleza y de inteligencia más feble, siguen lo honesto o lo deshonesto con más fervor en ocasiones del que conviene, y no aceptan excusas fácilmente. Pero de este laberinto en el que has querido encerrarme saldré libre por la puerta, según creo, si te expongo los hechos ciertos según se presentan a mi cálamo.

A ti o a cualquier otro lector os dejaré sacar una conclusión o hacer una elección no manipulada e íntegra a partir de esas verdades, pues aquí no adopto el oficio de definidor, sino el de mero relator. No obstante, creo que, en primer lugar, hay que dejar sentado qué es lo que confiere honor y permite la salvación y es muy útil a ambos sexos, a saber, que uno y otro han sido creados por Dios omnipotente y munífico, y que ambos están capacitados para el bien supremo y la gracia divina. De ese modo, ¿qué puede reprochar un sexo al otro, cuando ambos son los más capacitados

tue oculos pone: Beata Virgo sexus feminei est. Set nulla creatura pura ei adequari ualebit, tantam graciam assequta quanta citra Deum maior excogitari non potest. Verbum tamen diuinum, sapiencia increata, ut utrumque sexum saluaret, sub masculino humanam carnem assumpsit. Gaudeant ergo femine Virginem Beatam, sui sexus ducissam, in exemplum virtutis habentes et procedant proficiantque in virtute. Nullus enim purus homo ante nos precessit nec in futurum seque-[fol. 32 v°a]-tur qui precedat quam ipse secuntur. Set viros dedignari non debent[135], cum Christum virum fuisse mente contemplabuntur nec frustra Sapientis summi sermone secundum literam vnam docemur: *Nil dificilius intellectu via uiri in adolescentula sua*[108], ut hominem Christum virum, Beatam uero Virginem, ex qua homo factus est, suam adolescentulam intelligamus.

Cessent ergo contenciose querele ac supersticiose emulaciones inter virilem ac femineum sexum, cum uterque inefabilem honorem accepit et supremorum bonorum dotem habere, si voluerit, valebit. Hoc tamen cuicumque cernenti clare patebit, citra Redemptorem nostrum proporcione sumpta optimam mulierem optimo viro potiorem fuisse, cum Iohannem Babtistam, quo inter natos mulierum sanctiorem surrexisse non legimus, Beate Virgini, que optima mulier est, adequari non posse constat. De aliis autem sanctis disceptandum non est, quorum prerogatiue Deo note a nobis plenarie non cognoscuntur; set hec capita sexuum tetigi, quorum preeminencia Scripture Sacre textu anunciata irrefragabilis[136] est.

[135] debent *O*: debet *E*
[136] irrefragabilis *E*: irrefragibilis *O*

108 Nil difficilius...sua] Cf. Prou. 30, 18-19.

para disfrutar del bien supremo? Mas para no extender esta plática más de lo que conviene, pon ante los ojos de tu mente esta consideración: la Beata Virgen pertenece al sexo femenino. Ninguna criatura pura podrá igualarse con ella, por haber adquirido ésta tanta gracia que no puede concebirse ninguna mayor más allá de Dios. Sin embargo, el Verbo divino, Sabiduría no creada, para salvar a uno y otro sexo, adoptó la carne humana bajo el sexo masculino. Alégrense, pues, las mujeres por tener a la Beata Virgen, duquesa de su sexo, como ejemplo de virtud, y avancen y progresen en dicha virtud. Ningún varón puro nos ha precedido ni en el futuro nos seguirá uno que vaya por delante de aquella a la que ellas mismas siguen. Pero ellas no deben despreciar a los hombres, cuando consideren en su mente que Cristo fue un hombre, y no en vano el sermón del Sabio supremo nos enseña, según la letra, que fue una sola: *Nada es más difícil de entender que el camino del varón en su doncella,* de modo que consideremos a Cristo hombre como «el varón», y a la Beata Virgen, gracias a la cual fue hecho hombre, como «su doncella»[119].

Cesen, pues, las contenciosas querellas y las supersticiosas envidias entre el sexo masculino y el femenino, toda vez que ambos han recibido un honor inefable y, si quieren, podrán poseer el don de los bienes supremos. Con todo, a cualquiera que examine esto le resultará manifiesto que, fuera de nuestro Redentor, en proporción, una mujer optima vale más que un varón óptimo, ya que consta que Juan Bautista —y no leemos que haya habido otro más santo que él entre los nacidos de mujeres—[120] no pudo igualarse a la Beata Virgen, que es una mujer óptima. Por lo demás, no hay que discutir sobre los demás santos, cuyas prerrogativas, que Dios conoce, nosotros no las conocemos al completo. Con todo, he mencionado estos dos representantes primordiales de los sexos, cuya preeminencia, anunciada por el texto de la Sagrada Escritura, es irrefragable.

Set reor te confestim dicturum: «Non de illis interrogo quos beatitudine inmortalitatis frui perspicuum est, set de hiis sermonem habeamus quos in comuni vita fuisse cognoscimus, nec illis ecclesia culturam dulie aliquam prebet». Ego uero, ut [fol. 32 v°b] desiderio tuo satisfaciam, morem tibi gerere uolo, non adeo ut eligam et iudicio meo uirum femine aut feminam viro preponam, set aliquos nominabo inter quos discutias quem eligere debes. Decisionem enim huius differencie ad te libenter transmitto.

Premittendum tamen non incongrue puto ex qua virtute optimum virum feminamue optimam uocare solemus. Nam etsi bonitas ex omnibus virtutibus constat nec bonus simpliciter dici merito valet cui virtus aliqua deficit, non tamen sic seuere discusionem restringamus presentem, set bonum bonamue pro nunc acceptemus prout vulgus aut comunis vox accipere solet. Et ut mentem meam plenius accipias, exemplo hoc primitus utar. Bonum doctorem dicimus illum qui ingenio et sciencia ualet, eciam si moribus incompositus sit. Bonum militem, qui strenuus in armis est, licet morum honestate non fulgeat, sicuti bonum fabrum, pictorem, architectum, textorem aliosue artium mecanicarum magistros bonos artifices dicimus si artis sue pericia prestant, licet mores non habeant honestos. Bonum ergo virum feminamue ex qua virtute dicemus? Non enim eodem respectu et ad eandem virtutem virum cum femina proporcionare solemus, nam vnum sexum alteri aliquibus virtutibus preminere manifestissimum est.

Quis enim sane mentis sexum femineum in viribus corporis et audacia mentis laboribusque tollerandis et bellica fortitudine [fol. 33 r°a] sexui virili adequet? Hec enim propria virorum sunt[137], licet interdum almazones alieque femine actus bellicos exercuerunt. Set illud ut particulare et contra comunem hominum ordinem factum miramur.

[137] sunt *add. in marg. O*

Mas creo que tú estás a punto de decir: «no te pregunto por aquellos que está claro disfrutan de la beatitud de la inmortalidad; más bien mantengamos una conversación sobre estos que, según sabemos, vivieron una vida común y a los que la Iglesia no otorga el culto de dulía». Yo, por mi parte, para satisfacer tu deseo, no quiero complacerte hasta el punto de elegir y anteponer, según mi criterio, un hombre a una mujer o una mujer a un hombre, sino que nombraré algunos entre los que puedes determinar a quién debes elegir. Gustosamente dejo en tus manos la decisión sobre esta disputa.

Sin embargo, pienso con razón que no hay que pasar por alto en función de qué virtud consideramos óptimo a un hombre u óptima a una mujer. Pues aunque la bondad consta de todas las virtudes y no puede, merecidamente, llamarse bueno sin más al que le falta alguna virtud, no limitemos de forma tan severa la discusión presente, sino que por ahora aceptemos bueno o buena según suele tomarlo la gente corriente o la lengua común. Y para que captes de manera más completa mi pensamiento, voy a servirme en primer lugar de este ejemplo. Llamamos bueno al profesor que tiene conocimiento y talento, aunque sea desordenado en sus costumbres; bueno al soldado que es valeroso en las armas, aunque no resplandezca por la honestidad de sus costumbres, al igual que un buen artesano, pintor, arquitecto, tejedor u otros maestros de las artes mecánicas los llamamos buenos artífices si sobresalen por la pericia de su arte aunque no tengan honestas costumbres. Así que, ¿en función de qué virtud llamaremos bueno a un hombre o a una mujer? En realidad, no solemos comparar al hombre con la mujer en función de un mismo aspecto y una misma virtud; de hecho, es más que evidente que un sexo aventaja al otro en algunas virtudes.

¿Quién en su sano juicio va a equiparar el sexo femenino con el masculino en vigor físico, audacia de mente, capacidad para soportar los trabajos y fortaleza para la guerra? Todo esto es propio de los varones, aunque alguna vez las amazonas y otras mujeres llevaron a cabo actos bélicos. Mas eso nos maravilla como algo extraordinario y realizado contra el orden común de los hombres.

Hinc est quod robustam feminam et ad actus viriles facile progredientem rixisque hominum se inmiscere uolentem non grato oculo inspectamus. Teneritudo namque animi et in subitis rebus timiditas quedam non indecens in feminis est. Hinc nonnulle ut teneritudinem maiorem ostentent, cum dura aliqua audiunt[138] aut ludos armorum inspectant, clamoribus subitis ac corporis motu uocisque emissione maiorem interdum quam habent timorem ostendunt sequentes Ester reginam, que teneritudine ostentata ac magnitudine turbata timoris populum Dei ab inmanissimo periculo liberauit. Nam sicuti viri audaciam quam non habent sepe gestu et uerbis ostendere volunt, sic femine molliciem animi ac corporis inbecillitatem, ut sibi congruas, non negant, quia non vicium personarum, set nature proprietas hec est. Naturam autem inproperare nullus mente sanus temptabit.

Capitulum tercium

Set sicut in hiis viri feminas antecedunt, sic in quibusdam aliis viris femine prestant. Castiores enim et tranquilliores et a multis criminibus abstinentiores sunt. Nec enim ferendos [fol. 33 r°b] arbitror illos qui ore canino feminis detrahere temptant. Nam si hoc de omnibus intelligere uolunt, sacrilegum est cum multe fuerunt et sunt quas sanctitas vite celeberrimas reddit. Si de maiore parte earum assercionem suam veram esse astruere nituntur, hoc fatuum et temerarium est, quod si occulos mentis per preterita et presencia traxeris, faciliter coniectabis.

Dic, oro, homicidia iniusta, depredaciones stratarum, vastaciones iniquas vrbium, inmania bella, piraticas nauigaciones, fabricaciones falsas monete, dolos mercanciarum, iniquitatem iudicandi, maliciam aduocandi a viris aut a feminis comissa legisti comittiue continue vides? Set dices forte: «ad hoc natura illas non[139] impellit». Fateor, set nec hoc eis inproperandum est, quod nature aplaudentes a criminibus abstinent. At si ex hiis laudande

[138] audiunt *O*: audiuit *E*

[139] non ~~ad hoc~~ (*cum del. sign.*) *O*

De ahí que no miremos con buenos ojos a una mujer robusta, que se lanza fácilmente a acciones viriles y que desea inmiscuirse en pendencias de hombres, pues la delicadeza de ánimo y un cierto temor ante los acontecimientos imprevistos es lo apropiado en las féminas. De ahí que algunas, para mostrar una mayor delicadeza, cuando oyen algo duro o contemplan los juegos de armas, con gritos repentinos, con la agitación de su cuerpo y con su voz manifiestan un miedo en ocasiones mayor del que tienen tras el ejemplo de la reina Ester, que, con su prodigiosa ternura y la enorme turbación de su miedo, libró al pueblo de Dios de un peligro monstruoso. Pues, así como los hombres quieren mostrar a menudo con gestos y palabras una audacia que no tienen, de igual modo las féminas no reniegan de la blandura de su ánimo ni de la debilidad de su cuerpo, por ser adecuadas para ellas, porque esta cualidad no es un vicio de su personalidad, sino de su naturaleza. Y nadie en su sano juicio intentará hacer reproches a la Naturaleza.

Capítulo tercero

Pero al igual que en esto los hombres anteceden a las mujeres, en otros aspectos las mujeres aventajan a los hombres. Son, así, más castas, más sosegadas y se abstienen más de muchos crímenes. Por ello, considero que no hay que tolerar a aquellos que con boca de perro intentan hablar mal de las mujeres, pues, si piensan esto de todas, es algo sacrílego, porque ha habido muchas y todavía las hay a las que la santidad de su vida ha hecho celebérrimas. Si se empeñan en mantener que su afirmación es verdadera con relación a la mayor parte de las mujeres, es algo fatuo y temerario, una conclusión a la que llegarás con facilidad si repasas mentalmente el pasado y el presente.

Dime, te lo ruego: los homicidios injustos, los pillajes en los caminos, las devastaciones inicuas de ciudades, las guerras crudelísimas, la navegación para el pirateo, las acuñaciones falsas de monedas, los engaños en las mercancías, la injusticia a la hora de juzgar, la maldad en el ejercicio de la abogacía, has leído o has visto que han sido cometidos de continuo ¿por hombres o por mujeres? Tal

non essent, quia impetum naturalem ad illa non habent, quare ergo inproperabuntur, si ad ea ad que a natura inclinantur ultra quam decet interdum descendunt? Set profecto laus et vituperium secundum proporcionem quandam utrique actui debetur.

Illas laudamus que sequentes bonam naturam non comittunt nec comitti praua desiderant; has improbamus si impetus non refrenantes peruersitatem corrupte nature sequntur. Set sicuti numerum maiorem virorum quam feminarum hiis vacare criminibus notissimum est, sic et viri sunt qui crimina hec persequi ac vindicare [fol. 33 v°a] in eorumque sectatores animaduertere solent. Iustum enim rei publice regimen ac innocent<i>um defenssio exterminacioque impiorum, quo nil salubrius est, oficium esse virile racio et experiencia docent.

Set hoc vnum nullus absque passione iudicans negare ualebit: longe plures numero ex femineo sexu, sui proporcione status attenta, prope viam[140] virtutis incedere quam ex masculino. Quot enim fuerunt, queso, matrone et sunt que virginitatem usque ad talamum custodientes castitatem coniugalem perpetuis temporibus seruauerunt? Quot denique regulari habitu sumpto virgines permansserunt? Proculdubio plurime ac pene innumerabiles. Ex masculis uero paucos multitudinis sue respectu reperies qui hanc integritatem seruassent virtutesue ceteras suo sexui correspondentes insectari plene studerent. Nam cum plura et dificiliora a viris ut virtuose viuant quam a feminis petimus, sic pauciores inter eos qui hoc exsoluant inuenire necessarium est.

Quid hec interserui nisi ut animaduertas ex quibus precipue virtutibus bonos viros feminasue existimare debeamus? Nam licet omnes virtutes neccessarie sunt, quasdam tamen ut principales inspicimus et ex illis bonitatem maliciamue iuxta uulgi vocem comunem atribuimus. Cum ergo robur corporis et audacia animi viris congruat, tranquillitas vero et quies et pudicicia feminis decentissime sunt. Bonum [fol. 33 v°b] virum illum dicemus qui fortis est, mulierem uero que caste viuit bonam uocabimus. Castitati autem honestas uestium et incedendi tranquillitas,

[140] viam *add. in marg. O*

vez dirás: «su naturaleza no las empuja a ello». Lo reconozco, pero no hay que reprocharles el que, por ser fieles a su naturaleza, se aparten de los crímenes. Y si no hubiera que alabarlas con relación a esto, porque no tienen un impulso natural hacia esas cosas, ¿por qué habrá que cubrirlas de improperios si en ocasiones se dejan arrastrar más de lo conveniente hacia esas cosas a las que se inclinan por naturaleza? En realidad, una y otra forma de actuar deben recibir alabanza y vituperio de forma proporcionada.

Alabamos a aquellas que siguiendo su buena naturaleza no cometen ni desean que se cometan malas acciones; las criticamos si, por no refrenar sus impulsos, se someten a la perversidad de una naturaleza corrompida. Mas igual que es de sobra sabido que un número mayor de hombres que de mujeres se regodean en estos crímenes, del mismo modo son los hombres los que acostumbran perseguir y tomar venganza de esos crímenes y reconvenir a los que los cometen. La razón y la experiencia enseñan que el gobierno justo de la república, la defensa de los inocentes y el exterminio de los impíos —y nada hay más saludable que esto— son un oficio masculino.

Pero hay una sola cosa que nadie que juzgue sin pasión podrá negar: hay muchos más individuos del sexo femenino que del masculino que, teniendo en cuenta su proporción, caminan cerca de la virtud. Dime, ¿cuántas matronas ha habido y hay que además de velar por su virginidad hasta el tálamo han preservado su castidad conyugal por siempre? ¿Cuántas, en definitiva, han permanecido vírgenes tras tomar un hábito regular? Sin duda, muchísimas, y casi innumerables. Sin embargo, de los hombres, encontrarás muy pocos, en relación a su gran número, que hayan preservado esa integridad o que se hayan afanado plenamente en secundar las demás virtudes que corresponden a su sexo. Desde el momento en que pedimos a los hombres más cosas y más difíciles que a las mujeres para vivir de manera virtuosa, es necesario que se encuentren muy pocos de ellos que lo consigan.

¿Para qué he insertado esto si no es para que consideres cuáles son las principales virtudes por las que debemos considerar buenos a los hombres o las mujeres? Pues aunque todas las virtudes son necesarias, algunas las consideramos principales y, en

abstinencia moderata ciborum, presertim potus, segregacioque a conuentu virorum, prudens taciturnitas ac erubescencia annexissime sunt. Omnes autem actus tanto honestiores iudicantur quanto a corruptione castitatis longius distant; tanto vero turpiores quanto ad corrumpendam castitatem propinquiores putantur, quod nedum in rebus, set eciam in uerbis honesti viri cognoscunt. Tanto namque honestiora uerba putamus quanto remocioribus circumloquiis, cum necesse est, ipsas eciam licitas matrimonii coniunctiones declarant. Hinc colloquia illa que propriis nominibus aut proprietati propinquis generacionis membra aut eorum exercicia exprimunt nedum apud honestas matronas, set et apud graues viros ut turpia dampnantur, nec probus vir feminaue illis[141] vtetur.

Capitulum IIII

Bonum ergo virum illum qui fortis, bonam uero feminam eam que casta est uocare solemus. Set ego in viro adhuc aliquid aliud desidero. Vellem namque ut boni viri nomen assumeret qui fortitudini mixtam haberet iusticiam. Nec enim Anibalem, Sillam plerosque alios ferocissimi animi duces bonos viros vocabo, quia bellicos actus fortissimo animo peragebant, cum a iusticia longissime [fol. 34 r°a] declinarent. Applaudet autem huic sentencia iuris ciuilis que ad iustum iudicem pro arbitrio boni viri recurrendum fore decreuit, quasi inter iustum et bonum indiuidua societas existat. Licet ergo omnes virtutes coniuncte bonum virum efficiant nec vnam sine alia secundum strictam sciencie doctrinam habere possumus, nobis tamen quantum ad hoc liceat coniuencioribus oculis vti et separatas virtutes aliquantulum tollerare illumque qui iusticia et fortitudine pollet bonum virum vocemus, licet in aliquibus aliis aliquando a virtutis rigore declinet.

[141] illis *add. in marg. O*

función de ellas, hablamos de bondad o maldad según la voz común del vulgo. Así, aunque la robustez del cuerpo y la audacia de espíritu convienen a los hombres, la tranquilidad, la calma y la pudicia son más apropiadas para las mujeres. Llamaremos bueno al hombre que es esforzado, pero tildaremos de buena a la mujer que vive castamente. La dignidad en los vestidos, un caminar pausado, la abstinencia moderada de los alimentos, especialmente de la bebida, el apartarse de las reuniones masculinas, una prudente capacidad para mantenerse callada y el rubor van unidísimos a la castidad. Todos los actos son juzgados tanto más honestos cuanto más alejados están de la corrupción de la castidad; tanto más indecentes, cuanto más cercanos están de corromper la castidad, algo que los hombres honestos reconocen especialmente en los comportamientos, aunque también en las palabras. Tanto más honestas consideramos las palabras cuanto con más refinados circunloquios refieren, cuando es necesario, las uniones, incluso las lícitas, del matrimonio. De ahí que se condenen como indecentes las charlas que con nombres exactos o cercanos a esa denominación real expresan los miembros de la generación o la actividad de los mismos, especialmente en el caso de las matronas honestas, pero también entre hombres severos, y no los utilizarán ni un hombre probo ni una mujer.

Capítulo cuarto

Por eso, solemos llamar bueno al hombre que es esforzado, pero llamamos buena a la mujer que es casta. Yo, por mi parte, en un hombre deseo además otra cosa, pues me gustaría que tomara el título de hombre bueno el que mezclara la justicia con la fortaleza. Así, no llamaré buenos a Aníbal, Sila y otros muchos generales de ánimo feroz por realizar sus acciones bélicas con ánimo valerosísimo, ya que se apartaban muchísimo de la justicia. Aplaude esto la sentencia del Derecho Civil que decretó que había que recurrir a un juez justo, ante el arbitrio de un hombre bueno[21], como si existiera una unión indivisible entre lo justo y lo bueno. Por ello, aunque todas las virtudes juntas conforman

Feminam vero bonam dicamus illam que casta et modesta est ac quieta domi et a virorum conuentibus segregata, licet nec summe prudens sit aut forssam illiberalis. Solent enim femine illiberales esse et in contractibus facile deceptibiles, ideoque in donacionibus, ad quas raro descendunt, iura eis succurrere non decreuerunt, set in aliis intercessionibus in quibus facile fallerentur senatus consulti prestiterunt auxilium. Illiberalitas namque et leuitas quedam non eque in feminis sicut in viris reprehenssibilis est.

At cum hec iam ediximus, puto te uelle ut ad ipsam questionem tuam descendamus. Ego autem non preferre virum mulieri aut mulierem viro disposui, set ante oculos mentis tue aliqua paria ponere ex quibus eligas ut libuerit. Et ne [fol. 34 r°b] seculum nostrum antiquis aut antiqua nostro preponere videar, incongruum enim michi sepe visum est tempora condempnare, cum nullum tempus fuit in quo boni et mali non fuere. Quod si forssam plures malos aut bonos in vno tempore quam in alio precessisse dicamus, hoc alterius disceptacionis est —mixturam tamen bonorum et malorum in hoc euo fuisse omni tempore constat—; ideo vnum ex antiquis, aliud ex nostre etatis aliquanto propinquioribus describemus.

Set et aliud obseruare volui, vt vnum par ex gentilibus, aliud ex catholicis nominem, nam cum de moribus, non de fide bonitatem ad presens querimus, nullus ex hoc eiciendus est qui secundum legem nature suos mores direxit. Set adhuc tercium in hac nominacione custodiam, vt vnum par ab exteris gentibus, aliud a nostra nacione eligamus. Hoc enim equissimum plerumque michi visum est, ut virtute preuia, non ex afectione regionis benemeritos laudemus. Sunt enim qui sua alienis semper preponunt, alii econtra aliena suis, quorum vtrique ferendi non sunt, cum illud superbie, hoc seruilis condicionis indicium est. Set aliena et nostra secundum rerum preeminencias, non secundum prouinciarum personarumve afectiones iudicemus.

un hombre bueno y no podemos tener la una sin la otra según la estricta doctrina de la ciencia, sin embargo séanos lícito mirar este asunto con ojos más indulgentes y examinar en cierta medida las virtudes por separado, y llamemos bueno al hombre que destaca por su justicia y fortaleza, aunque en algunas otras cosas se aparte un poco del rigor de la virtud.

Por el contrario, tildemos de buena a la mujer que es casta y modesta, tranquila en casa y que se mantiene alejada de las reuniones masculinas, aunque no sea sumamente prudente o sea tal vez mezquina. Las mujeres, en verdad, suelen ser poco generosas y son fáciles de engañar en los contratos; por eso, en las donaciones, a las que llegan en raras ocasiones, las leyes no han decretado ayudarlas, pero en otras intercesiones, en las que se las engaña con facilidad, prescribieron la ayuda de un senado consulto[122]. Ciertamente la mezquindad y una cierta volubilidad no son tan reprensibles en las mujeres como en los hombres.

Mas una vez que hemos dicho esto, creo que deseas que bajemos a tu pregunta en concreto. Yo, por mi parte, he dispuesto no dar preferencia al hombre frente a la mujer o a la mujer frente al hombre, sino poner ante los ojos de tu mente algunas parejas, para que, a partir de ellas, lleves a cabo tu elección según te plazca. Y para que no parezca que antepongo nuestro siglo a los antiguos ni el antiguo al nuestro, pues con frecuencia he creído incongruente condenar algunos tiempos, cuando no ha habido ningún tiempo en el que no hubiera buenos y malos; y si quizás decimos que en una época los malos o los buenos prevalecieron más que en otra, esto pertenece a otra disputa —consta, con todo, que, en cualquier tiempo, en esta vida ha habido mezcla de buenos y malos—; por todo ello, voy a traer a colación una pareja de los antiguos y otra algo más cercana a nuestra época.

Además he querido respetar otra cosa: nombrar una pareja de gentiles y otra de católicos, pues, como por el momento indagamos sobre la bondad referida a la forma de comportarse y no a la fe, no hay que rechazar por este motivo a ninguno que se haya conducido según la ley de la Naturaleza. Y más aún, a la hora de nombrarlos, observaré una tercera cosa: elegir una pareja de ex-

Set et racioni consonum putaui ut aliud par intersererem ex lege Scripture receptum, ut inter illos qui sub lege nature et gracie vixerunt, [fol. 34 v°a] isti sedem mediam teneant, ut tribus legibus, quas Nature, Scripture ac Gracie uocamus, tria paria celebrium hominum, quos comunis vox populi ystoriarumque testimonia laudabiles reddunt honestis exemplis respondeant.

Capitulum quintum, in quo dialogizant Cato et Lucrecia, et incipit Cato

Primum ergo par quod ab antiquitate ac gentili ritu, ab exteris nacionibus in memoriam venit, ex Romanis sit illud, videlicet casta Lucrecia et fortissimus Cato. Non enim sencio ex duobus sexibus tam honestate vite quam austeritate censsureque seueritate similiores. At quia eorum actus cronice luculentissime narrant, tanquam omnibus notos referre non libet, set alterum alteri comparare et, ne linguam nostram in eos ponamus, sese ipsi diiudicent. Et fingamus eos ad inuicem colloquentes et quis alium precedere debeat disputantes, non quippe ut ore se proprio extollant, illud enim arrogancium et vanorum hominum est, suam namque minuit virtutem qui se exaltando aliis preponere uult. Cum ergo hoc virtuosum par ante occulos mentis tue reducere uolo, congruum est ut illud honeste et humiliter loqui scribam, alioquin sibi ipsi contradicere calamus putaretur virtuosos vocando eos qui arroganti lingua suas iactarent uirtutes. Alter igitur sibi alterum preponendo alteri colloquatur. Et incipiat Cato ut erubescentie feminee responssionem [fol. 34 v°b] honestam potius quam alloqucionem primam, ut decet, atribuamus:

«Miror de te, Lucrecia sanctissima, et sepenumero tuam virtutem contemplor. Alto enim orta stipite clarissimoque coniugio potita, non alta de te, set mediocria et vtilia semper cogitasti, *cum domi inclusa lanificio usque ad multam noctem inter ancillulas tuas operam dabas*[109], licet ista dona fortune nonnumquam eciam ho-

109 cum...dabas] Cf. LIV. 1, 58: sed nocte sera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inveniunt.

tranjeros y otra de nuestra nación. Esto es lo que me ha parecido más justo: que alabemos a los que lo merecen en atención a una virtud excelente, no en función de nuestro afecto por una región. Siempre hay quienes anteponen lo suyo a lo ajeno; otros, por el contrario, lo ajeno a lo suyo, y no hay que tolerar ni a unos ni a otros, pues lo uno es indicio de soberbia; esto último, de una condición servil. Juzguemos lo ajeno y lo nuestro según la bondad intrínseca de los hechos, no según los afectos por las provincias o las personas.

También he considerado adecuado para esta exposición insertar otra pareja procedente de la Ley de la Escritura, para que, en medio de aquellos que vivieron bajo la Ley de la Naturaleza y de la Gracia, ésos ocupen una posición intermedia, para que estas tres parejas de hombres célebres, a los que la voz común del pueblo y los testimonios de las historias hacen dignos de alabanza, estén en correspondencia con las tres leyes, que llamamos de la Naturaleza, de la Escritura y de la Gracia.

Capítulo quinto, en el que dialogan Catón y Lucrecia. Comienza Catón

Que esta primera pareja de la Antigüedad, de rito gentil y de nacionalidad extranjera que se me viene a la cabeza sea de romanos: es decir, la casta Lucrecia y el esforzadísimo Catón[123]. No creo que de los dos sexos los haya más semejantes tanto por la honestidad de su vida como por la austeridad y rigor de su censura. Como sus actos los narran de manera muy brillante las historias, por ser conocidos de todos no me apetece contarlos, sino comparar uno y otro y, para no poner nuestra lengua en ellos, júzguense ellos a sí mismos. Imaginémoslos hablando por turnos y disputando quién debe preceder al otro, mas no para ensalzarse a sí mismos con su propia boca, pues eso es de hombres arrogantes y vanos: devalúa en verdad su virtud quien, ensalzándose, quiere anteponerse a los demás. De ese modo, como quiero poner ante tus ojos esta pareja virtuosa, conviene que yo escriba que ellos hablan de manera honesta y con humildad; de otro modo, podría pensarse que mi

nestas matronas a manuum laboribus retrahant et vt delicate et pompose viuant inducunt. Set hoc honestum ac laudabile, illud tamen laudabilius, quod tanta animi pudicicia tantaque constancia Tarquini, licet regis filius esset, comercium repulisti. Non dignitas exortantis, non secretum et omnium arbitrorum remocio, non ipsius profunde noctis silencium te inducere potuerunt ut illicite rei consentires.

Set et illud omittendum non est, quod sompni subita excitatio, que plene occurrencia considerare[142] non sinit et intellectu aliqualiter ebetato ad sensibilia vehemencius inclinat, nullum tibi prestitit impedimentum quin pleno animo honestum considerares, quod utique non tam libere facere potuisses nisi pudiciciam non actu solum, set habitu et firmissimis clauis in corde fixam habuisses. Solent enim habitus animorum nullo signo melius quam ex[143] subitanea operacione cognosci, nam cum tempus spaciosum est et omnia hinc inde considerari possunt, interdum ex animo, plerumque eciam ficte, nonnulli honesta se-[fol. 35 r°a]-cuntur. Set cum subiti motus adueniunt et diuturne cogitacioni locus non est, oportet ut corda que ex habitu habent emittant.

[142] considerare *add. in marg. E*
[143] ex *add. in marg. O*

cálamo se contradice a sí mismo al llamar virtuosos a los que se jactan de sus virtudes con su habla arrogante. Por eso, que uno hable poniendo al otro por delante de sí mismo. Y que comience Catón, para que atribuyamos al rubor femenino, como corresponde, una respuesta honesta antes que una primera alocución.

«Te admiro, santísima Lucrecia, y con mucha frecuencia examino atentamente tu virtud. Nacida de alta estirpe y habiendo contraído un clarísimo matrimonio, siempre tuviste respecto de ti misma no elevados pensamientos, sino modestos y útiles, *cuando encerrada en casa trabajabas la lana hasta bien entrada la noche entre tus sirvientas*, aunque esos dones de la fortuna en ocasiones apartan a las matronas, incluso a las honestas, de los trabajos manuales y las inducen a vivir con refinamiento y pompa. Esto es honesto y loable; sin embargo, mucho más loable es que con tanto pudor y tanta firmeza rechazaste el comercio carnal con Tarquinio, aunque era el hijo del rey. Ni la dignidad del que te exhortaba, ni lo apartado del lugar ni la ausencia de testigos ni el silencio de la noche profunda pudieron inducirte a que consintieras en un acto ilícito.

Además no hay que pasar por alto el hecho de que un súbito despertar del sueño, que no permite examinar plenamente lo que ocurre y que a causa del embotamiento del intelecto inclina hacia lo sensible con más vehemencia, no supuso para ti un impedimento a la hora de considerar con plenas facultades lo honesto. Esto ciertamente no hubieras podido hacerlo tan libremente si no tuvieras fijada en tu corazón la pudicia, no sólo en esta acción, sino gracias al hábito y a unos firmísimos clavos[124]. Los hábitos del espíritu no se dan a conocer por ningún signo mejor que a raíz de una actuación improvisada, pues, cuando hay tiempo de sobra y pueden considerarse todas las cosas por arriba y por abajo, algunos se inclinan por lo honesto, a veces de buen grado, muchas veces también de manera fingida. Pero cuando sobrevienen inquietudes súbitas y no hay lugar para una reflexión dilatada, es necesario que los corazones den salida a lo que tienen adquirido por el hábito.

¿Quién hay que no alabe tu castidad, que defendiste de una acometida tan repentina? ¿Quién que no conozca que esto nació de la firmísima pureza de tu mente? Pero además de estos grandes

Quis ergo castitatem tuam quam sic repentino occurssui deffendisti non laudet, non ex firmissima mentis puritate euenisse[144] cognoscat? Set hec magna, alia tamen maiora in te intuemur cum turpitudinem quam alter in te, non tu comisisti, licet non mortis set infamie metu violenter pertuleris, tam dire contra te[145] inmeritam vindicasti. Et quod me in stuporem conuertit illud est, quod tam celebriter consanguineis et amicorum turba collecta sentenciam in te proferre decreuisti illamque manibus propriis execucioni mandasti, ne umquam aliqua impudiciciam suam exemplo tuo sub violencie colore excusare valeret. Set si oppressam ut tu allegaret, exemplum tuum pro se non posset adducere nisi ad ymitacionem tuam durissima se vindicta feriret.

Quis igitur te non viris omnibus preferat, cum virtutem virilem te puniendo, feminee virtuti scelestam corrupcionem abhorrendo, tam excelso animo coniunxisti?»

Capitulum sextum, in quo respondet Lucrecia

Ad hec dicat Lucrecia:

«Mirari de me, o fortissime Cato, tua te virtus compellit, que ad duriora tolleranda animum tuum semper impulit[146]. Et cum scias magni animi esse virtutes sectari, que michi atribuis ex magno animo processisse putas, nec ex toto falleris. Nam ne humilitatis causa [fol. 35 r°b] mentiar, quod reprobabile est, cum sicut nec iactare sic nec nostra minuere mentiendo decet (de se enim gloriosa tacere honestorum virorum est, set cum rerum circumstancie loqui compellunt, eciam de se verum fateri absque arrogancia aliqua virtuosis non incongruum iudicari debet), fateor ergo tibi illa que de me narrare uoluisti honestatis et virtutis amore operatam fuisse. Set licet hoc comendabile sit, laudabiliora tamen virtus perfecta per ministerium tui exercere uoluit, nam pacis tempore quanta seueritate virtutem custodisti quanta-

[144] euenisse *O*: processisse *E*
[145] te ~~licet~~ (*cum del. sign.*) *O*
[146] semper impulit *add. in marg. O*

méritos, contemplamos en ti otros aún mayores, cuando te tomaste tan dura venganza contra ti misma (aunque no lo merecías) por un acto vergonzoso que otro cometió contra ti —no tú—, por más que lo soportaste con coraje no por miedo a la muerte sino a la infamia. Y lo que más me llena de estupor es que con gran solemnidad decidiste dictar sentencia contra ti misma ante tus parientes y un grupo de amigos allí congregados, y determinaste ejecutarla con tus propias manos, para que nunca, merced a tu ejemplo, otra mujer pudiera excusar su impudicia bajo el disfraz de una violación. Y si ella alegase que había sido sorprendida como tú, no pudiese aducir tu ejemplo en su defensa, a no ser que con total dureza, a imitación tuya, se hiriera en venganza.

De ese modo, ¿quién no va a preferirte por delante de todos los hombres, cuando con tan excelso ánimo has unido, en el castigo a ti misma, una virtud masculina y, en el rechazo de una corrupción impía, una virtud femenina?»

Capítulo sexto, en el que responde Lucrecia

Que a esto responda Lucrecia:

«Tu virtud, que siempre empuja tu ánimo a soportar los hechos más duros, esforzadísimo Catón, te incita a admirarme. Y como sabes que es propio de un espíritu noble perseguir las virtudes, consideras que las que me atribuyes proceden de un noble espíritu, y no te equivocas del todo. Así que, para no mentir por humildad, algo del todo reprobable, —ya que no es adecuado ni jactarse ni tampoco, mintiendo, menospreciar nuestros méritos, pues es de hombres honestos callar las propias acciones gloriosas, pero cuando las circunstancias empujan a hablar, no debe juzgarse fuera de lugar que los hombres virtuosos digan la verdad sobre ellos mismos sin arrogancia—, yo te reconozco que aquello que contaste sobre mí lo realicé por amor a la honestidad y a la virtud. Mas aunque esto es digno de encomio, esa virtud perfecta quiso llevar a cabo cosas mucho más loables sirviéndose de ti, pues el cálamo no podría expresar con cuánta severidad custodiaste la virtud en tiempos de paz y con cuánto rigor y gravedad

que censsura ac grauitate custodiendam aliis tradidisti calamus non posset exprimere. Illud vnicum testimonium sufficiat, quod Seneca ut te presentem in corde habeant qui virtutem amplecti cupiunt exortatur, quasi nullius testis auctoritatem potius reuereri debeamus nec vllus tam inverecundus reperiri posset, qui in presencia tui turpe aliquid operari non erubescat. Set et illud quod cum te aliqui vino interdum indulxisse vberius quam deceret affirmarent, ipse cicius *ebrietatem honestam quam turpem Catonem* fateretur[110]. Quanta ergo fuit tue existimacio virtutis vt non tu a vicio deturpari, set vicium a te honestari valeret!

Set quia hec omnia pacis sunt, num bellica dimisisti, qui non pro Pompeyo, set cum Pompeyo pro libertate rei publice defendenda tam acerrime dimicasti et, Farsalico bello infeliciter acto, tu Africanas prouincias et exteras [fol. 35 v°a] regiones feliciter peragrasti serpentum uenena et alia grandia pericula non dicam virili, set ferreo animo, tollerando? Infelix tamen esse non poteras qui *felicitatem ipsam, que anime*[147] *operacio est secundum virtutem perfectam*[111], quocumque ibas tecum ipse ferebas. Sed nunquid animum hunc eciam in extremis positus dimisisti? Non quipe, set cum libertati Romani populi consulere non valeres, in te ipso conseruare voluisti et *libertatem sine vita vite sine libertate corde magnanimo pretulisti*[112], cum apud Utiquam manus tibi inferens Cesaris subiectionem a te fortiter abiecisti; tue virtutis ergo exuberancia mee quam laudasti virtuti merito preponenda est».

[147] *anime E* (*cf.* S. THOM. *Sent. Eth.*I, lec. 4; ARIST. *Eth.* I, 13): animi *O*

110 ipse...fateretur] Cf. SEN. *Tranq.* 1, 17, 9: Catoni ebrietas obiecta est: facilius efficient crimen honestum quam turpem Catonem.

111 felicitatem...perfectam] Cf. S. THOM. *Sent. Eth.* lib. 1, l. 16; *sum. theol.*, I^a, q. 88, a. 1: Quinto, quia philosophus dicit expresse, in I Ethic., quod felicitas est operatio secundum perfectam virtutem.

112 sine vita...pretulisti] Cf. SEN. *Const.* 2, 1: neque enim Cato post libertatem uixit nec libertas post Catonem.

se la confiaste a otros para que la custodiaran. Valga este único testimonio: Séneca exhorta a quienes desean abrazar la virtud a que te tengan presente en sus corazones como si no debiéramos reverenciar la autoridad de ningún testigo por delante de ti ni pudiera encontrarse nadie tan falto de respeto que no se ruborizara al realizar algo vergonzoso en tu presencia. En cuanto aquello que algunos afirman de que en más de una ocasión fuiste más indulgente de lo que convenía con el vino, el mismo Séneca estaba dispuesto a reconocer que *antes sería honesta la embriaguez que Catón indecente.* ¡Hasta qué punto se estimó tu virtud, que tú no podías verte mancillado por un vicio y, por el contrario, un vicio podía convertirse en algo honesto gracias a ti!

Pero ya que todo esto pertenece al tiempo de paz, ¿acaso dejaste a un lado las acciones bélicas tú que, no a favor de Pompeyo sino con Pompeyo, luchaste tan duramente para defender la libertad de la república y que, tras concluir infelizmente la Guerra de Farsalia, recorriste felizmente las provincias africanas y las regiones extranjeras, soportando los venenos de serpientes y otros enormes peligros con un ánimo que no voy a llamar viril, sino férreo? Sin embargo, no podías ser infeliz tú que llevabas contigo dondequiera que ibas *la propia felicidad, que es una operación del alma según la perfecta virtud.* ¿Acaso puesto ante situaciones extremas hiciste dejación de este ánimo? En modo alguno, sino que, como no podías velar por la libertad del pueblo romano, quisiste conservarla en ti mismo y preferiste con tu magnánimo corazón *la libertad sin vida a la vida sin libertad,* cuando en Útica volviendo contra ti tu propia mano rechazaste con todas tus fuerzas someterte a César; por ese motivo, la exuberancia de tu virtud ha de ser antepuesta, con razón, a aquella virtud mía que has alabado.»

Capitulum septimum, in quo replicat Cato

Cato:

«Honestatem profecto tuam sermonis tui honestas exaltat, ut iam non virtutem tuam, que notissima est, set eius excellenciam ex illa consideracione[148] sumere facillimum iudicem. Cum ille due virtutes, temperancia et fortitudo, que in te floruerunt, similem quandam dissimilitudinem habeant, tu in vtraque simili prestancia animi refulsisti. Nam voluptates, quas temperancie frenum restringit, quando longe distant et cor extra passionem est, faciliter reicere omnes proponimus. Cum autem propinquius accedunt, ab illis discedere dificilius sentitur, quia propinquitas delectabilium cor quadam liquefaccione demulcet. Hinc est quod is[149] qui [fol. 35 v°b] animum suum longe ab inhonesta delectacione custodire vult procul a conspectu delectabilis obiecti conseruat. Vnde enim virginum honestarum clausura alieque honeste segregaciones tam virorum quam matronarum procedunt, nisi ex eo quod in hiis delectabilibus que fugere debemus propinquitas ac oportunitas periculosissime sunt?

Per contrarium autem dissimilem in fortitudine similitudinem quandam reperies, nam cum extra pericula sumus, magno corde pro re publica periculo mortis et vulnerum nos obiecturos putamus, set cum ipsis periculis inmiscemur, multi sunt qui vrgente timore a bellicis actibus turpi gressu recedunt, quia vicinitas delectabilium ad eorum accessum, terribilium vero ad discessum corda vehementer inclinat. Nec facile, cum libera oportunitas est, si se ipsum quisque recogitet, iudicabit a viciniis delectabilibus abstinere aut propinqua terribilia sustinere nisi virtus perfecta, que omne dificile vincit, hiis colluctacionibus animi et corporis assit.

Tu uero in vtroque mirabilem eminenciam ostendisti. Etenim cum tam propinquam libidinis oportunitatem sompno semisopita repulisti, cogitare me compellis quid fecisses si in die aper-

[148] ex illa consideratione *E*: ex consideratione *O*
[149] is *corr.*: hii *O E*

Capítulo séptimo, en el que Catón replica

Catón:

«Ciertamente la honestidad de tu discurso enaltece tu propia honestidad, de tal modo que considero facilísimo aceptar su excelencia a partir de esta consideración: aunque las dos virtudes que florecieron en ti, la templanza y la fortaleza, poseen una disimilitud semejante, tú has resplandecido en ambas con igual presencia de ánimo[125]. En efecto, todos prometemos rechazar fácilmente los placeres a los que la templanza pone freno cuando éstos están muy alejados y el corazón no manifiesta pasión por ellos, pero, cuando están más cerca, uno se da cuenta de que es más difícil marcar distancias con ellos, porque la cercanía de los deleites ablanda el corazón con un cierto desleimiento. De ahí que quien desea guardar su espíritu de un deshonesto deleite lo mantiene alejado de la visión del objeto de su deseo. Pues ¿de dónde proceden las clausuras de las doncellas honestas y otro tipo de honestas congregaciones, tanto de hombres como de mujeres, sino de que la proximidad y la oportunidad son peligrosísimas en el caso de los deleites de los que debemos huir?

Por el contrario, encontrarás una semejanza distinta en la fortaleza, pues, cuando estamos lejos de los peligros, pensamos que vamos a afrontar la muerte o las heridas por la república, pero cuando nos vemos involucrados en esos mismos peligros, muchos son los que dan un vergonzante paso atrás ante las acciones bélicas con un temor apremiante, porque la vecindad de los objetos delectables inclina vehementemente a los corazones a acercarse a ellos, pero la de los objetos que causan miedo a alejarse de ellos. Y cuando una oportunidad se presenta sin cortapisas, si cada uno piensa en sí mismo, no juzgará fácil abstenerse de los objetos deleitables próximos o soportar los terrores cercanos, a no ser que una virtud perfecta, capaz de vencer cualquier dificultad, nos asista en estas luchas entre el espíritu y el cuerpo.

Tú, por tu parte, mostraste un admirable grado de excelencia en uno y otro; así, cuando medio dormida rechazaste un tan cercana oportunidad para la lujuria, me obligas a reconsiderar cómo

ta tibi aliis honestis rebus intendenti nuncium huius rei aliquis transmisisset: profecto illum dentibus consumpsisses. Set nec similitudo fortitudinis sua proporcione defuit, cum non ex recenti grauitate doloris, non ex furore perturbati animi, set con-[fol. 36 r°a]-vocato consilio et ex plena deliberacione, sicut si alium iudicasses, in te ipsam cum execucione sentenciam protulisti, quam potius scelestus corporis tui corruptor quam tui cordis puritas merebatut! Potuisses enim a propinquitate diri interitus tui manum tuam retinens liberari. Nec opus erat fugere aut aliquod aliud timiditatis signum ostendere, in animo namque tuo tocius rei pondus pendebat. Set propter honesti desiderium in ipsam mortem, que vltimum terribilium est, nullo cogente vltro incidere uoluisti. Nonne ergo ne dicam meam, set omnium[150] virorum uirtutem excessisti?»

Capitulum octauum, in quo respondet Lucrecia

Lucrecia:

«Bene siquidem nedum alias virtutes, set ipsam sapienciam, Cato, ostendis, cum virtutum fortitudinis et temperancie quasdam theoricas docuisti, quod in te militari viro summe extollendum est. Solent enim hii qui sciencie operam dant ad bellicos actus inepte moueri. Illos uero qui militaribus exerciciis corpus et cor apulerunt, sepe videris[151] sapiencialium rerum nullam aut paruam noticiam habere. Set cum hoc mira copulacione coniungitur, ut arma quisquam sub iusto clipeo fortiter moueat et sapiencie inuestigaciones, presertim eas que ad mores dirigendos vtiles sunt, prudenter inquirat, hoc vtique sicut singulare, sic laudabile est. Ves-[fol. 36 r°b]-trum autem est, o perfectissimi viri, virtutes theorice docere, et illas pratice exercere nostrum autem, quibus sexus imbecillitas[152] celsitudinem scienciarum inquirere denegauit; suficiat executionem honesti opere ipso complecti,

[150] omnium *O*: omnem *E*
[151] sepe videris *add. in marg. O*
[152] imbecillitas ~~est~~ (*cum del. sign.*) *O*

habrías actuado si, a la luz del día, alguien te hubiera hecho llegar una proposición de este tipo mientras estabas ocupada en otras honestas actividades: sin duda lo habrías destrozado a dentelladas. Tampoco la similitud de tu fortaleza faltó en su proporción, cuando sin tener en cuenta la gravedad de tu dolor ni la enajenación de un ánimo perturbado, tras convocar una reunión y después de una completa deliberación, como si hubieras juzgado a otro, pronunciaste una sentencia contra ti misma seguida de su ejecución, una sentencia de la que era merecedor el criminal corruptor de tu cuerpo antes que tu puro corazón. Habrías podido, ciertamente, librarte de la inminencia de tu terrible muerte sujetando tu mano. Y no era preciso huir o mostrar ningún otro signo de temor, pues la valoración de todo este asunto dependía de tu ánimo. Pero por el deseo de lo honesto quisiste, sin que nadie te obligase, precipitarte voluntariamente en tu propia muerte, que es el terror más extremo. ¿Acaso no sobrepasaste, no voy a decir la mía, sino la virtud de todos los hombres?»

Capítulo octavo, en el que Lucrecia responde

Lucrecia:

«Sin duda das cumplida muestra de otras virtudes, pero sobre todo de sabiduría, Catón, al explicar algunas cuestiones teóricas sobre las virtudes de la fortaleza y la templanza, algo especialmente encomiable en ti, que eres hombre de milicia. Pues, ciertamente, quienes se ocupan del conocimiento suelen moverse torpemente en los actos bélicos; por el contrario, aquellos que dirigen su cuerpo y corazón al ejercicio de la milicia, a menudo compruebas que tienen poco o ningún conocimiento de los asuntos sapienciales. Mas cuando esto se une por una sorprendente conjunción, es decir, que uno maneje valerosamente las armas bajo un escudo justo y que cultive con prudencia sobre todo aquellos sabios estudios que son útiles para regir las costumbres, ciertamente esto es tan excepcional como digno de alabanza. A vosotros, perfectísimos varones, os corresponde explicar la teoría sobre las virtudes y a nosotras, a quienes la debilidad de nuestro sexo ha negado escru-

eciam si diuerticula eius scientifice nesciamus discernere. Discussionem ergo scientificam tibi aliisque viris peritis dimitto.

Set hoc vnum quod omnes honeste matrone nouerunt edicam. Quid boni habere potest matrona cui honestum aliquid cordi est castitate perempta, cum hoc precipuum munus feminarum sit, aut qua sinceritate mentis inter pudicas sedere poterit, que thorum viri sui violatum cognoscit? Quicquid ergo michi euenit virtuti, fateor, atribuendum est, set non tante exuberancie virtutis sicut et tibi, cum iam michi huius vite lux iocunda esse non poterat, viuendi precipuo munere vacuate, nec ullus me credere potuisset violenter opressam nisi dextera mea[153] vindicans comprobasset. Qualis ergo vita mea fuisset adulterii crimine maculata?

Tibi vero post victoriam Cesaris inter honestos viros acunbere licuisset cum tota res publica, in qua eciam multi honesti viri manssere, cesariane potestati adquieuisset. Nam si illud turpe fuisset, profecto filiis tuis non precepisses ut Cesarem sequerentur. Set quia hunc ictum fortune, quem Roma tollerabat, inhonestum non erat ut Romanus vir pateretur, aliis ut sortem suam pacienter [fol. 36 v°a] ferrent persuadebas. Set tu, quoniam non solum virtutem, set virtutis culmen deserere noluisti, comunem aliorum vitam[154] eciam honestam sequi non es dignatus; ideo etsi mediocri virtute contentis parere Cesari non indignum iudicabas, perfectissima tamen virtus tua intra comunes virtutis terminos includi non potuit et talem virum viuere libertate mortua non permisit ut libertas tua absque vita, non vita absque libertate maneret. Tuum ergo animosum cor tuamque excelsam mentem non ab re, Cato, admiror et mee preponendam decerno. Set cum iam de me nec loqui nec audire libet, nostre disceptacioni finem ponamus, ne forssan aliquis putet ex industria et inmoderato appetitu laudis mutuo nos laudare, ut aliena lingua assequamur, quod ore proprio honeste assequi non valeremus. Aliorum ergo de nobis iudicium sit, nostra deinceps nos taceamus!»

[153] mea ~~mea~~ *E*
[154] vitam *O*: viam *E*

tar las excelsas ciencias, ponerlas en práctica. Bástenos cultivar la honestidad en nuestra propia actuación, incluso si no sabemos discernir científicamente sus entresijos. Te dejo, por tanto, a ti y a otros varones entendidos la discusión científica.

Mas sólo diré una cosa que todas las matronas honestas saben: ¿qué porción de bondad puede tener una matrona en cuyo corazón anide alguna honestidad una vez perdida la castidad, toda vez que ésta es la principal encomienda de las féminas?, ¿o con qué sinceridad podrá sentarse entre las mujeres pudorosas la que sabe que ha mancillado el lecho de su esposo? Todo cuanto me sucedió, lo reconozco, hay que atribuírselo a la virtud, pero no a una virtud tan rica como la tuya, porque yo, privada del principal cometido de mi existencia, no podía ya disfrutar de la luz gozosa de esta vida y nadie habría creído que yo había sido sorprendida de forma violenta si mi diestra no lo hubiera demostrado tomándose la venganza. ¿Cómo habría sido mi vida mancillada por el crimen del adulterio?

En cuanto a ti, tras la victoria de César, te habría sido lícito sentarte entre los varones honestos una vez que toda la república, a la que incluso muchos hombres honestos se mantuvieron fieles, condescendió con el poder de César. Y si eso hubiera sido vergonzoso, ciertamente no habrías mandado que tus hijos siguiesen a César. Pero como no era deshonesto que un romano sufriese ese golpe de la fortuna que Roma toleraba, persuadías a otros para que sobrellevasen pacientemente su propia suerte. Mas, como tú no quisiste abandonar no ya la virtud, sino la virtud en su grado más excelso, no te dignaste a seguir la vida común de los demás, que era honesta; por eso, aunque no considerabas indigno que los contentos con una virtud mediocre obedecieran a César, tu perfectísima virtud no pudo mantenerse encerrada en los límites comunes de la virtud y no permitió que tal hombre continuase vivo al morir la libertad, para que permaneciese tu libertad sin la vida, no tu vida sin libertad. Así, no sin motivo, admiro tu corazón lleno de coraje y tu excelsa mente, y dictamino que ha de ser antepuesta a la mía. Pero como ya no me agrada ni hablar ni escuchar nada sobre mí, finalicemos nuestro debate, para que nadie llegue a pensar que nos ensalzamos mutuamente de forma voluntaria y

Capitulum nonum, in quo aliqua intersserit scriptor

Hoc tibi par illustrium personarum ex gentilibus ac peregrinis antiquorum seculorum proposui. Restat ut aliud ex catholicis ac nostris et propinquiorum temporum apponamus. Set primo, ne aliquis forte laude istorum fallatur, illud dicere volo: quod mortem sibi intulerunt laudandum non iudico, licet nonnulli ex sapientibus viris laudarunt. Aliqui eciam ex catolice fidei cultoribus tollerandum in illis, licet non comendan-[fol. 36 v°b]-dum dixerunt. Nam cum illi, ante Redemptoris nostri aduentum exorti, nondum luce euangelice legis recepta, summo appetitu fame ducerentur, hanc inieccionem manus, que famam suam, ut ipsi putabant, conseruare, quinymo exaltare poterat, operati sunt. Ego tamen, salua semper auctoritate maiorum, nedum in catolicis quin et in gentilibus hoc non admitterem, cum absque Scripture et Gracie legibus secundum ipsam nudam legem nature sibi ipsi manus inferre iniustissimum est, cum tam fortitudini quam iusticie contrarium existat.

Quomodo enim illum fortem dicemus, qui ex mollicie animi aduersa tollerare non valens contra se ipsum manus imponit? Quedam enim fuge species est ab aduersorum presencia spontanea et ultronea morte discedere. Sicuti ergo non fortis, set imbecillis iudicandus est qui per inhonestam fugam tranquillitatem adipisci procurat, sic inbecillitati atribuendum erit procurate mortis presidio a conspectu tristium aufugere. Neque iustum dicam qui sibi ipsi iniusticiam facit. Nam licet iusticia virtus ad alterum sit et absque duobus in actum duci non valet, tamen in homine vno due partes considerande sunt, senssitiua et racionalis. Vna ergo alteri iniusticiam facit cum ex impetu passionis sibi ipsi uulnus aut mortem inferre quis curat. Hinc est quod «irregularem» iuriste dixerunt eum qui se ipsum abscisione uoluntaria mutilat, [fol. 37 r°a] sicut si alium quempiam membrorum[155] mutilacione uulneraret, duabus hominis partibus tanquam duobus diuersis hominibus quoad hoc sapienter consideratis. Set hec alterius spe-

[155] membrorum ~~vulneracione~~ (*cum del. sign.*) *O*

por un inmoderado deseo de alabanzas, para conseguir gracias a una lengua ajena lo que no podríamos conseguir honestamente con nuestra propia boca. ¡Que otros nos juzguen! ¡Callémonos a partir de este momento!»

Capítulo noveno, en el que el escritor inserta algunas consideraciones

Te he propuesto una pareja de personajes ilustres, sacados de los gentiles y extranjeros de los siglos pretéritos. Queda añadir otra pareja de los católicos, de los nuestros y además de los tiempos más cercanos. Pero primero, para que nadie se llame a engaño ante la alabanza de ésos, quiero decir lo siguiente: no juzgo digno de alabanza que se hayan dado muerte a sí mismos, aunque algunos sabios los alabaron. Incluso algunos cultores de la fe católica dijeron que en ellos eso era tolerable, aunque no recomendable. Dado que ellos habían nacido antes de la venida de nuestro Redentor, sin la luz todavía del Evangelio, y se dejaban guiar por el apetito de fama, realizaron con su propia mano esa acción violenta que, según creían, podía no ya conservar su fama, sino ensalzarla. Sin embargo yo, respetando siempre la autoridad de los antiguos, no lo admitiría de ningún modo en los católicos, ni tampoco en los gentiles, toda vez que, sin las leyes de la Escritura y de la Gracia, según la sencilla ley de la Naturaleza, es injustísimo levantar la mano contra uno mismo, porque eso es contrario tanto a la fortaleza como a la justicia.

¿Cómo vamos a llamar valiente a aquel que, al no poder soportar las adversidades por la blandura de su ánimo, levanta su mano contra sí mismo? Pues es una especie de fuga apartarse de las adversidades que se presentan con una muerte espontánea y voluntaria. Al igual que no hay que juzgar valiente, sino débil, al que procura alcanzar la tranquilidad a través de una fuga deshonesta, del mismo modo habrá que atribuir a la debilidad el escapar de las tristezas con la ayuda del suicidio. Tampoco llamaré justo al que comete una injusticia contra sí mismo. Pues aunque la justicia es una virtud dirigida hacia otra persona y no puede ponerse en

culacionis sunt. Suficiat nobis illos ut gentiles conniuenti oculo inspectare, licet districto rigore actus eorum non examinemus.

Capitulum decimum, in quo dialogizant Ioseph et Susanna, et incipit Ioseph

Set inter hoc et reliqum par quod ex temporum nostrorum et patrie nostre illustribus personis annectendum est, illud ut medium interserendum putaui quod sub lege Scripture clare vixisse audiuimus ac, licet illos magna interiacencia temporis diuidat, nostri tamen calami contemplacio congreget. Hii autem sunt Ioseph et Susanna, quibus cordis et corporis similis[156] mundicia fuit ac singulare discrimen exitusque felicitas vtrumque summe beauit.

Incipiat ergo Ioseph, qui licet legem Moysi[157] precesserit, quia tamen Abrahe circumcisionem recepit, qua legis populus fuit consignatus, quasi sub lege fuerit quantum ad hoc admittamus.

«O quanta mundicie puritate floruisti, Susanna, que nec repentino iudicum occurssu turbata nec auctoritate male persuadencium mota nec timore falsorum testium territa ad thori tui violacionem compelli potuisti! Quis ergo fortitudinem animi tui et castitatem viscerum tuorum non mi-[fol. 37 r°b]-retur? Que habitura illos eosdem testes quos iudices, turpem necem tibi inminere videbas et ut adulteram lapidandam, que adulterii crimen totis precordiis abhorrueras, set fiduciam habens in Domino, senibus conminantibus adolescentem tibi conmisceri vidisse testimonium fore daturos, adquiescere renuisti; at cum vndique angustias paratas uideres, pocius in manus hominum iniquorum incidere quam legem Dei offendere decreuisti. Et cum ad iudicium iniqum tracta fuisses et mortem iniustam inferendam tibi videres, non clamoribus et vlulatibus muliebri animo insistebas, set virili corde quid eueniret expectans, tremens set confidens Deo, tuo fideli cordis tui motu dicebas: *Domine, tu scis quia falsum testimonium contra me dicunt isti*[113]. Non solum ergo penam lapi-

[156] similis *add. in marg. O*
[157] legem Moysi *O*: Moysi legem *E*

práctica si no hay dos, sin embargo en un solo hombre hay que considerar dos partes: la sensitiva y la racional. De ese modo, una comete una injusticia contra la otra cuando alguien intenta infligirse una herida o la muerte por el apremio de alguna pasión. De ahí que los juristas han llamado «fuera de la regla» ('irregular') al que se mutila a sí mismo voluntariamente como si con la mutilación de sus miembros hiriese a algún otro, al considerar sabiamente a este respecto las dos partes del hombre como dos hombres diferentes[126]. Pero esto pertenece a otra disquisición. Séanos suficiente mirarlos en su condición de gentiles con ojos conniventes, por más que no examinemos sus actos con un rigor excesivo.

Capítulo décimo, en el que dialogan José y Susana, y comienza José

Mas entre esta pareja y la otra pareja que hay que añadir de personajes ilustres de nuestro tiempo y de nuestra patria, estimé que había que poner en medio una que, según hemos oído, vivió con claridad bajo la Ley de la Escritura y, aunque los separa un largo espacio de tiempo, júntelos el examen atento de nuestro cálamo. Éstos son José y Susana, cuya limpieza de cuerpo y corazón fue similar, y a los que su singular percance y su feliz término convirtieron en sumamente beatos[127].

Comience, pues, José. A éste, aunque precedió a la ley de Moisés, toda vez que recibió la circuncisión de Abraham, con la que se señaló al pueblo de la Ley, admitámoslo, para lo que aquí importa, como si hubiera vivido bajo la Ley.

«¡Oh, cuánto te has distinguido por tu limpia pureza, Susana, tú que, sin turbarte por la aparición repentina de los jueces, sin alterarte por la autoridad de los que mal te persuadían y sin sentir temor ante falsos testigos, no consentiste ser impelida a violar tu lecho! ¿Quién no admiraría la fortaleza de tu ánimo y la castidad de tus entrañas? Tú, que veías cernerse sobre ti una muerte vergonzosa al tener como testigos a los mismos que como jueces, y que ibas a ser lapidada como adúltera cuando siempre habías sentido aversión en lo más profundo de tu ser por el crimen del

Capitulum XVIII, in quo respondet Berengaria

Berengaria:

«Quanto profundius tam mea quam tua examinare opera curas, tanto te ingenio et opere eleuaciorem esse demonstras, qui ingenii acumine gradus omnes investigans puritate et humanitate filialis cordis maternam gloriam tue preponere vis. Set quis vnquam cui scintilla racionis non desit illustrium actuum tuorum, si decorem et fructum considerat, non te solum michi et quibuscumque feminee fragilitatis personis, set et omnibus regibus qui in Yspania precesserunt preponat, cum post illam cladem que Yspanorum monarchiam in frusta quedam cominuit nullus repertus est qui christiane rei publice finium latitudinem tantam adiceret?[188] Cui labori si nostri ciues signum aliquod graciarum actionis ostendere uolunt, sicut alique gentes suis principibus ostenderunt, non expugnatorem Seuilie tantum, set te Augustum Yspaniarum vocabunt, qui nostram rem publicam tot prouinciarum cumulis auxisti. Tanta igitur claritate conspicuum te michi omnibusque aliis preponendum esse quis neget, vt in re tam clara verba consumere nolim? Set aliis hec predicanda transmitto».

Capitulum XIX, in quo prosequitur suum intentum scriptor

Cernis hoc tercium par non indigne primis duobus adiectum, nam licet pri-[fol. 42 r°b]-mum per vniuersum orbem comunicacione cronicarum celebre habeatur, secundum ipsius Sacre Scripture irrefragabili historia laudetur, hoc tamen tercium ipsa eciam historie certitudine et facti permanentis oculari conspectu sentitur, cum regna Castelle et Legionis vnita ac illis grandes ex Arabibus adiectas prouincias ex illo tunc ad moderna usque tempora teneamus. Imitandi ergo sunt Cato et Lucrecia in illis que sub virtute gesserunt, ea uero in quibus virtutis terminos excedentes pocius fame quam realitati deseruire uoluerunt, licet non improbemus et propter paganorum conssuetudinem,

[188] ~~adi~~ adiceret (*cum del. sign.*) *O*

Capítulo décimo octavo, en el que responde Berenguela

Berenguela:

«Cuanto con más profundidad procuras enjuiciar mis obras y las tuyas tanto más elevado te muestras por tu ingenio y tu forma de actuar, tú que escrutando todos los pasos con tu agudo ingenio quieres anteponer la gloria de tu madre a la tuya por la pureza y humanidad de tu corazón de hijo. Mas, ¿quién, a quien no falte una chispa de razón, si considera el esplendor y el fruto de tus ilustres acciones, no te va a poner por delante no sólo de mí y de cualquier persona de fragilidad femenina, sino por delante de todos los reyes que en España te han precedido cuando, después de aquel desastre que rompió la monarquía de los españoles en pedazos, no ha habido ninguno que ampliara tanto los límites de la república cristiana? Y si nuestros ciudadanos quieren mostrar alguna señal de agradecimiento por esa labor como otros pueblos mostraron hacia sus príncipes, no solo te llamarán a ti, que incrementaste nuestra república con la adición de tantas provincias, Conquistador de Sevilla, sino Augusto de las Españas. De ese modo, ¿quién se va a negar a ponerte por delante de mí y de todos los demás, a ti, que eres conspicuo por una claridad tan evidente que yo no quisiera consumir mis palabras en una cosa tan clara? Pero dejo que esto lo proclamen otros».

Capítulo décimo noveno, en el que el escritor prosigue su planteamiento

Ves que esta tercera pareja no se ha añadido sin razón a las dos primeras, pues, aunque la primera es considerada célebre en el universo orbe gracias a las crónicas y la segunda es alabada por la historia irrefragable de la Sagrada Escritura, esta tercera nos es conocida por la certeza de la historia y la inspección ocular de un acontecimiento que aún permanece, dado que tenemos unidos desde entonces hasta el momento presente los reinos de Castilla y León, y tenemos añadidas a dichos reinos grandes provincias de los árabes. De ese modo, Catón y Lucrecia han de ser imitados

qui vltra racionis menssuram interdum humane laudis auram cupiebant, tolleranda aut miranda propter animi censuram acerrimam fateamur, imitari tamen non decet catolica veritate iniecccioni manuum sanctissime[189] resistente.

Secundum vero par, quantum vniuscuiusque capacitas valet, plene imitandum est, vt tam viri quam femine illorum exemplo ad recta satagant aspirare et nullius timore periculi ad inhonesta descendant. Tercium vero etsi sequi ex toto non possumus, cum fortune celsitudo equari se a paucis permittit nec enim omnes[190] sunt reges in quibus regna vniantur et quorum validissima manu hostibus expugnatis fines catholici longius procedant nec omnes matrone regine ut regna filiis dimittant eorumque animosis conceptibus regium prebeant fauorem, set saltim proporcione quadam secundum diferenciam gra-[fol. 42 v°a]-duum aliquid sumendum est: illud videlicet, ut non ex licencia fortune diuiciarum potencieue magnitudine cor quadam teneritudine liquefiat, set tanto quisque animosius ad celebriora virtutis opera tendat quanto apciorem oportunitatem ei per temporalium rerum habundanciam ipse omnium bonorum largitor concesserit.

Cesset ergo emulacio sexuum et vterque ad congruencia sibi honestatis insignia respiret. Nam etsi virilis roboris actus honesti fructuosiores et maioris ponderis esse solent et toti rei publice utiliores, feminea tamen honestas decorissima est et tanto mirabiliores illius rami sunt quanto[191] ex teneriore radice subcrescunt. Nec parum apte ecclesia decantat *inter cetera diuine potencie miracula eciam in sexu fragili victoriam martirii concessam* nec frustra in laudem probarum mulierum Scriptura Sacra tanta adiecit preconia, cum sapientissimus ille Salomon, qui haud dubie tam honestarum feminarum quam improbarum noticiam habebat, probam matronam describens multa laudabilia coniuncxerit.

[189] sanctissime ~~et~~ (*cum del. sign.*) *E*
[190] omnes *add. in marg. O*
[191] sunt quanto *add. in marg. O*

en aquellas acciones que realizaron bajo el amparo de la virtud, pero aquellas en las que, sobrepasando los límites de la virtud, quisieron servir más a la fama que al hecho en sí, aunque no se las reprochemos y, en función de la costumbre de los paganos (quienes en ocasiones deseaban el aura de la alabanza humana más allá de lo razonable), reconozcamos que han de ser toleradas o admiradas por la durísima censura de su espíritu; sin embargo, no conviene imitarlas, pues la verdad católica se opone piadosísimamente al suicidio.

Por lo demás, la segunda pareja ha de ser plenamente imitada en la medida en que la capacidad de cada uno de ellos tiene valor, de modo que tanto los hombres como las mujeres se preocupen, según el ejemplo de aquéllos, por aspirar a lo recto y no desciendan hacia lo deshonesto por temor a ningún peligro. Con relación a la tercera, aunque no podemos imitarla en todo, ya que la excelsitud de su fortuna permite a muy pocos equipararse con dicha pareja y no todos son reyes en cuya persona puedan unirse reinos y por cuya valerosísima mano, una vez vencidos los enemigos, los límites católicos puedan ampliarse, ni todas las matronas son reinas para dejar el reino a sus hijos y ofrecer el favor real a los audaces proyectos de éstos, al menos una cosa ha de sacarse como conclusión en una cierta proporción y teniendo en cuenta la diferencia de estatus, a saber, que el corazón no se debilite con una cierta blandura por la gran cantidad de riquezas otorgadas por la fortuna o por la magnitud del poder, sino que cada uno tienda a las obras más celebradas de la virtud con tanto más brío cuanto más propicia sea la circunstancia que le haya proporcionado el Dispensador de todos los bienes en medio de la abundancia de las cosas temporales.

Cese, pues, la rivalidad entre los sexos y cada uno de ellos aspire a las insignias de la honestidad que le son propias, pues aunque los actos honorables de la fuerza viril suelen ser más fructíferos, de mayor peso y más útiles para el conjunto de la república, la honestidad femenina es la más hermosa y sus ramas tanto más dignas de admiración cuanto más tierna es la raíz de la que crecen. De manera muy adecuada la Iglesia canta: *Entre los demás milagros de la potencia*

Que si vis pedetentim et aliquantulum late more illorum qui Sacre Scripture textum ad morales doctrinas adaptant prosequamur, ut eroycas virgines in suprema status sui dignitate et aureole virginalis candidissima spe dimittentes, ipsis eciam coniugatis, quanti meriti quanteque laudis coniugate matrone probitas sit et in quibus actibus [fol. 42 v°b] precipue consistat ex Sacra Scriptura, que mentiri non potest, quasi ex mundissimi speculi quadam effigie ostendamus, oro igitur te ut si prolixius quam tibi videbitur sermo processerit, pacienti animo feras, ut non transseunti verborum lepori, set permanenti morum saluberrime instruccioni aliqualem operam demus.

Capitulum vicesimum

Mulierem —inquit— *fortem quis inueniet? Procul et de vltimis finibus precium eius*[121].

Quid aliud vltimos fines vocasse putas nisi beatitudinem ipsam que omnia bona que obtineri possunt includit? Etenim, ut antique traditum est, *beatitudo dicitur status omnium bonorum coniunccione perfectus*[122]. Set ne illam beatitudinem, que supra homines est et que omnes felicitates transcendit, in medium adducamus et eam felicitatem, que in hac vita[192] haberi <potest>[193] et per quam ad aliam transitus est, calamo subiciamus, illud oro ut attendas: finem bonorum hanc beatitudinem in vetustis seculis uocatam fuisse. Lege enim Ciceronem in libris illis quos de finibus bonorum composuit, qui tibi ex illustrium philosophorum Grecorum et Latinorum institutis docebit fines bonorum vocari illud quod aliis in libris «beatitudo» uel «summum bonum» vel[194] «felicitas» appellatur. Hinc et ipse Aristotiles *finem vltimum*

[192] vita: via *O E* (*cf.* S. THOM. *Sent. Eth.* lib. 1 l. 9 n. 11).
[193] potest *add. e* S. THOM. *Sent. Eth.* lib. 1 l. 9 n. 11.
[194] vel *O*: aut *E*

121 Mulierem...pretium eius] Prou. 31, 10.
122 Beatitudinem...perfectus] Cf. S. THOM. *sum. theol.* I^a-IIae q. 2, a. 1, arg. 2: Praeterea, secundum Boetium, in III de Consol., beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.

divina, incluso en el sexo frágil se ha concedido la victoria del martirio[137]; y no en vano la Sagrada Escritura ha dirigido tantos encomios en alabanza de las probas mujeres, cuando aquel sapientísimo Salomón[138], que sin duda tenía noticia tanto de las mujeres honestas como de las malas, juntó muchas alabanzas al describir una mujer proba.

Si quieres que desarrollemos dichas alabanzas paso por paso y con una extensión algo mayor, según la costumbre de aquellos que llevan a cabo una lectura moral del texto de la Sagrada Escritura, para que, dejando a un lado a las vírgenes heroicas en la suprema dignidad de su estado y en la muy resplandeciente esperanza de la aureola virginal, demostremos a las propias casadas, como si se tratase de la imagen reflejada en un limpísimo espejo, cuánto mérito y cuánta alabanza merece la probidad de una mujer casada y en qué actos se basa principalmente dicha probidad de acuerdo con la Sagrada Escritura, que mentir no puede, te ruego que, si mi discurso resulta más prolijo en su desarrollo de lo que a ti te parece conveniente, lo sobrelleves con ánimo paciente, para que prestemos atención no a la belleza pasajera de las palabras, sino a la salubérrima y perdurable instrucción de las costumbres.

Capítulo vigésimo

Mujer fuerte, ¿quién la encontrará? —dice—. *Remoto y del último confín su precio*[139].

¿A qué otra cosa piensas que ha llamado «último confín», sino a la propia beatitud, que incluye todo lo bueno que puede obtenerse? Y, según se ha transmitido desde antiguo, se llama *beatitud a un estado perfecto por la conjunción en él de todos los bienes.* Pero para no centrarnos en aquella beatitud que está por encima de los hombres y que trasciende todas las felicidades, y poner bajo nuestro cálamo esta felicidad que puede tenerse en esta vida y a través de la cual se pasa a la otra[140], te ruego que prestes atención a esto: esta beatitud fue llamada «el fin último de todos los bienes» en los viejos siglos. Lee a Cicerón en aquellos libros que compuso *Acerca de los fines últimos de los bienes*[141], que te enseñará a partir de las premisas de los ilustres filósofos griegos y latinos

pro felicitate sumere solet[123]. Quante ergo auctoritatis probitas feminea est, cum «precium eius de vltimis finibus esse» dicatur, quasi sumum bonum [fol. 43 r°a] dicere voluisset!

Set quia fortem mulierem uocauit, ne fortitudinem virilem ab ea forssan aliquis peteret ut probarum numero poneretur, et preliis militaribus aliisque virorum extrinssecis laboribus ut misceretur optaret, non inepte confestim adiecit:

Confidit in ea cor viri sui et spoliis non indigebit[124].

Quid enim —queso— tantam confidenciam viro ad vxorem prebere solet sicuti oberuancia pudicicie coniugalis? Profecto nichil tam excelsum, nichil tam amenum, nichil denique tam vtile mater familias efficere potest, ut mariti sui integrum cor possideat, sicut inviolate thori custodie operam puram dare. Tunc «spoliis vir non indigebit». Spolia externe comixtiones dicuntur, quas procul dubio vir, si aliquid ei virtutis scintille[195] est, non inquiret, cum consortis sue[196] intactum corpus ab externo commercio credit. Hoc est quod viro confidenciam integram tribuit, nam licet multa vtilia vxor opera agat, etsi domum preciosa supellectili, orrea grano, penum vini et olei impleat liquore, cameram quoque auro muniat et argento, si tamen corporis sui integritatem non seruat, in viri sui occulis nunquam grata consistet. E contra vero si fideliter coniugii legem custodit, licet in aliis quam plurimis sit molesta, semper in maritali conspectu gratissima erit. Hinc et ait:

---

[195] virtutis scintille *O*: scintille virtutis *E*

[196] sue *add. in marg. O*

123 finem ultimum...solet] Cf. S. THOM. *sum. theol.* I°-IIae q. 1, a. 7, s. C, et Contra Gentiles lib. 3, cap. 2, n. 14: Ultimus autem finis hominis, et cuiuslibet intellectualis substantiae, felicitas sive beatitudo nominatur: hoc enim est quod omnis substantia intellectualis desiderat tanquam ultimum finem, et propter se tantum. Est igitur beatitudo et felicitas ultima cuiuslibet substantiae intellectualis cognoscere Deum.

124 Confidit...indigebit] Prou. 31, 11.

que se llaman «fines últimos de los bienes» aquello que en otros libros se llama «beatitud» o «bien supremo» o «felicidad». De este modo, también el propio Aristóteles suele tomar *la felicidad como el fin último*[142]. Así pues, ¡de cuán gran autoridad goza la probidad femenina, toda vez que se dice que «del último confín es su precio», como si hubiera querido decir el bien supremo!

Pero ya que llamó fuerte[143] a la mujer, por temor a que alguno le exigiera una fortaleza viril para poder ponerla en el número de las mujeres buenas y deseara que se mezclase en los combates militares y en otros trabajos externos propios de hombres, no de manera desafortunada añadió a continuación:

Confía en ella el corazón de su esposo y no necesitará botines.

¿Qué —te pregunto— suele ofrecer al esposo tanta confianza en su mujer como la observancia de la pudicia conyugal? Realmente, nada tan excelso, nada tan agradable, nada en última instancia tan útil puede hacer una madre de familia para ocupar por entero el corazón de su marido como ocuparse de custodiar su lecho sin mancha. Entonces su esposo «no necesitará botines». Se llama botines a las conmisturas externas, que sin duda un hombre no buscaría, si tuviera una brizna de virtud, cuando confía en que el cuerpo de su consorte está libre del comercio externo[144]. Esto es lo que otorga al hombre una confianza total, pues, aunque la esposa realice muchas labores útiles, aunque llene su casa con un valioso ajuar, los graneros con grano, la despensa con vino y aceite, aunque revista su habitación con oro y plata, si no conserva la pureza de su cuerpo, nunca será grata a los ojos de su esposo. Por el contrario, si vela fielmente por la ley conyugal, aunque sea enojosa en muchísimas otras cosas, siempre será gratísima ante la mirada de su marido. Después también dice:

Reddet ei bonum et non malum omnibus diebus vite sue[125].

Nichil nempe mali [fol. 43 r°b] viro a coniuge euenire videtur, set omnia bona esse creduntur, cum fides carnis illibata seruatur.

Capitulum vicessimum primum

Hoc ergo precipuum est quod a feminea bonitate deposcitur. Alia tamen quedam probitatem muliebrem decorant: illa siquidem, si domui sue bene preposita sit, si domestice cure diligenter intendat, vnde Apostolus instruens honestam feminam ait: *Discat primum domum suam regere. Hoc enim acceptum est coram Deo*[126]. Ideo post castitatis insignia, que precipua sunt, rei familiaris prudentem gubernacionem coniunxit, inquiens:

Quesiuit lanam et linum et operata est consilio manuum suarum[127].

Opera quipe muliebria que intra domum aguntur exprimere voluit, cum lane linique textura exercicium sit matronarum, ut interdum per se, quantum dignitas personarum permittit, sepe seruorum et ancillarum ministerio lanificio ac linificiis[197] intendat. «Consilio enim manuum suarum operari» dicitur quod per laborem seruitorum efficere curat, cum manus mittere dicimur ad illud quod per nostram potenciam operamur. Hinc et *Herodes manus misisse* legitur, *vt afligeret quosdam de eclesia*[128], cum militarem cuneum suum ad hoc scelus transmisit.

[197] linificiis *E*: lanificiis *O*

125 Reddet...vite sue] Prou. 31, 12.

126 discat...Deo] Cf. I Tim. 5, 4: Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam pie regere et mutuam vicem reddere parentibus; hoc enim acceptum est coram Deo.

127 Quesivit...suarum] Prou. 31, 13.

128 Herodes...de eclesia] Cf. Act. 12, 1: Illo autem tempore, misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia.

Le procurará el bien y no el mal todos los días de su vida.

Ningún mal considera el marido que proviene de su esposa, sino que cree que todo es bueno cuando la fidelidad de la carne se preserva inviolada.

Capítulo vigésimo primero

Así que esto es lo principal que se pide a la bondad de una mujer. Sin embargo, algunas otras cosas adornan también la probidad femenina, a saber: si dirige bien su casa, si atiende diligentemente a las ocupaciones domésticas, de donde el Apóstol, al instruir a la mujer honesta, dice: *que aprenda primero a regir su casa. Esto es grato a los ojos de Dios.* Por eso, después de las insignias de la castidad, que son las principales, añadió el prudente gobierno de los asuntos familiares, diciendo:

Buscó lana y lino, y trabajó con el buen hacer de sus manos.

Ciertamente quiso expresar los trabajos femeninos que se realizan dentro del hogar, ya que tejer la lana y el lino es una tarea propia de mujeres, de modo que en ocasiones ella misma —en la medida en que lo permite la dignidad de las personas— atiende, a menudo con la ayuda de los siervos y criadas, al trabajo de la lana y del lino. Así, «trabajar con el buen hacer de sus manos» se dice con relación a aquello que procura hacer por medio del trabajo de sus siervos, cuando se dice que «ponemos nuestras manos» respecto de aquello que realizamos por medio de nuestro poder. De ahí se lee que *Herodes puso sus manos para infligir daño a algunos miembros de la Iglesia,* cuando envió una formación militar para este acto criminal.